Cam. d. 677. 1

# EPITHALAMIUM
IN
DESIDERATISSIMIS
# NUPTIIS
*Sereniſſimorum & Illuſtriſſimorum*
PRINCIPUM
GUILIELMI-HENRICI ARAUSII
&
MARIÆ BRITANNIARUM
AB
ACADEMIA CANTABRIGIENSI
DECANTATUM.

UNIVERSITY LIBRARY CAMBRIDGE

*CANTABRIGIÆ*,
Ex Officina *Joann. Hayes*, Celeberrimæ Academiæ
Typographi. M. DC. LXXVII.

13-206

*Sereniſsimo, Auguſtiſsimoque*

PRINCIPI

# Carolo Secundo

*Magnæ Britanniæ, Franciæ, & Hiberniæ*

MONARCHÆ,

DEI UBIQUE, ET POPULI MEMORI;

PRÆSERTIM VERO IN AUSPICATISSIMIS NUPTIIS

*Regio imprimis Concilio, & Prudentiâ incæptis, & deſtinatis.*

(*Quid indè ſecuturum ſit longinqua dicet dies.*)

*Floſculos hos*

*In faſciculum, & coronam contextos*
*In obſequii Academici, gratique animi Teſtimonium*
D. D. D.

Tho. Holbech *Academiæ Procancellarius*
*Et Sereniſsimæ ſuæ Majeſtatis*
*Subditus deditiſsimus.*

# *Epithalamium.*

## *Ad Illustrissimum Ducem* EBORACENSEM.

SIS *Fælix* duplici, Dux Invictissime, Nato:
Ex quibus, Hic Armis præsidet, Ille Togæ.
Patronóque recèns nostro nascente, Poetæ
Nascimur: (Hunc tenerum Cantio blanda juvat)
Scitè partiris Sobolem: Decus inde futura est
Filia *Belgarum*, Filius *Angligenûm*.

THO. HOLBECH. S. T. P. *Mag. Coll. Eman.*
*&* Acad. Procan.

---

## *Ad Illustrissimum Principem* AURIACUM.

ACcipe, quâ Sponsi decorantur, fronte serenâ
Conjugii hæc, *Princeps*, omina læta Tui.
Tinxisti proprio Musas has Igne, Tuóque
Exemplo sunt & Carmina nostra Proci.

VIrtutes Dotésque Tuas suspeximus olim;
Cùm placuit nostros visere nempe lares.
Dux fortis, prudens: Musarum fautor & altor,
Palladis egregius sic Utriúsque comes.
Quid superest Majus? nisi fias fortè *Maritus*:
Hoc quoque, nè pereant tot pia Vota, facis.

THO. HOLBECH, S. T. P. *Mag. Coll. Eman.*
*&* Acad. Procan.

Explo-

# *Epithalamium.*

EXplorans medias inter Cytherea phalanges
Invênit Magnum nomine & arte *Ducem.*
Heus, ait, armatas (*Princeps Henrice*) cohortes
Linque & terrificâ caſſide ſolve comas.
Me ſequere ad notos (ubi tu chariſſimus) *Anglos*
In ſponſam dabitur Pulchra *Maria* tibi.
*Henricus* ſimulac vox hæc penetravit in aures
Prorupit turmis alite vectus equo.
Proſequitur latè Procerum comitatus ovantûm,
Fertque Cupidineos unda marina choros.
Tandem claſſe ſuâ pervenit littus Icenum,
Indè novi petiit dulcia caſtra fori.
Principis adventu clareſcunt nubila flammis:
Nocte ſalutatum prodiit Aula Ducem.
Poſtridiè ductus ſpatioſa per æquora Circi
*Anglorum* celeres cernere gaudet equos.
Non tamen huic tantæ fuerant certamina curæ,
A ſponsâ ut paucos vellet abeſſe dies.
Sic feſtinanti conceſſit vota *Facobus*,
Biſque dedit natam tam citò dando ſuam.
Firmavit proprio felicia pacta ſigillo
Rex, nobis grati conſcius ipſe tori.
Non potuit ſanguis miſceri optatior illo
Qui facit in *Caroli* Regia corda viam.
Tam coiêre pares, dubitamus, major an illa
Gloria Sponſarum, major an ille virûm.

Nondum, Hymenæe, tuos licuit finire triumphos,
En parit Eboraci celſa Duciſſa marem.
Nuper feciſſet ſocerum ſua nata *Facobum*,
Ecce facit pueri mox ſua ſponſa patrem.
Tam fortunatè tibi res cecidêre, *Facobe*,
Tanquam certâſſent aſtra placere tibi.

Sed

Sed neque tu ſolus puero naſcente bearis,
Tecum diviſas vendicat *Anglus* opes.

Jo. Mountagu *filius natu quartus* Edvardi *Comitis de* Sandwich *defuncti*, Trin Coll. *Soc.*

---

SAlve præclari proles Auguſta *Jacobi*,
Ter magnâ *Angliaci* Cæſaris orta domo.
Te propter Batavas ſedes & caſtra reliquit
Princeps, te propter tranſvolat æquor amans,
Omnibus *Henricus* Princeps Arauſius audit,
*Belga*, tuum robur, gaudium & *Angle* tuum.
Cujus tu, Regi ſi non cognata fuiſſes,
Ore tuo poteras commeruiſſe torum.

Conſpirâſſe ſimul Venus & Lucina videntur
Nunc in ſervitium, celſe *Jacobe*, tuum.
Proſpexit natæ Venus officioſa maritum,
Proſpexit natum Juno benigna patri.

Carolus Mountagu *filius natu quintus* Edvardi *Comitis de* Sandwich *defuncti*, è Coll. Trin.

---

ANxius expectat quid nunc gerit *Anglia*, Rhenus;
Pro Duce ſolicita eſt nec minùs *Haga* ſuo.
Dumque ſibi ſermone placent de pace futurâ,
Inque vicem dubias ſpeſque, metuſque ferunt;
Intereà rerum ſtudioſis, fama, novarum
Non expectatum trans mare portat Hymen.
Belga ubi ſperatâ recipit pro pace Hymenæos,
Plus, inquit, voto eſt ſic caruiſſe meo.

Byron Nedham *filius ſecundus Vicecomitis de* Killmorey *defunct.* è Coll. Trin.

# *Epithalamium.*

VOs, ô Dux fortis tuque ô ſuaviſſima Virgo
Felices felix Anglia tota videt.
Vos non in gentes ignotas inſerit, ipſis
Haud notos vobis, more coactus Hymen;
Sed junxit Natura uno de ſanguine fingens
Ac animos verus conciliavit Amor.
Vobis perpetuæ certa eſt concordia vitæ
Cum mentem & corpus ſpiritus unus agat.

Regia Stirps utinam ſemper tam fertilis eſſet
Atque in tam multas undique fuſa domos
Ut Conjúx alibi nunquam peteretur uterque
Cum proles habilis creſcit & apta toro;
Sic poterit *ſanguis* longè latéque vagatus
De veteri vires ſumere fonte novas:
Clarior inde quidem remeans CAROLOSque Jacobosque
Henricosque pares, pignora grata, daret:
Poſteritas etiam peregrini pura coloris,
Anglorum mores diſceret uſque probos.
Id de conjugii præſentis fœdere ſpondet
Res ipſa & gentis gaudia ſumma monent.
Certè dum plauſus & cœlo attollimus ignes,
Et pro *junctorum* vina ſalute fluunt;
Cœlum ipſum noſtris votis occurrit, & æquum
Cenſet judicii reddere ſigna ſui:
Nè peregrè migrans videatur Nata Parenti
Amiſſa, en pulchro mittitur ore Puer.

*Fo. North*, S. T. P. fil. *Dudleii* Domini *North* defuncti, & Coll. Trin. Magiſter.

# *Epithalamium.*

POst totidem CAROLI luctus & funera regni
Quàm juvat Auguſtam jam reparare domum?
Adſis (AURIACÆ Gentis ſpes unica) Te pax,
Te pietas poſcit, noſtraque certa ſalus.
Linque precor dubii Martis certamina, pugnas
Ad magis innocuas te, Cytherea vocat.
Accenſas video tædas, Thalamosque parari,
Cur pede tam trepido (caſta Maria) venis?
Quid fundis lachrymas? Gallis dotabere victis,
Reginam agnoſcent Pariſiique ſuam.
Expanſis ulnis magnum cape læta Maritum
Ingentemque animum paſcat Amore Tui.
Intactus Bello Tua vulnera ſentiat; arma
Gallica quem nequeunt vincere, vince Tuis.
Quàm cupimus cuncti Reges ſpectare tenellos,
Inque tuo gremio ludere *Carolidas*?
Sic *Batavis* ſemper manabunt Gaudia Cœlo
Summâque *Angligenæ* Te pietate colent.

*Edvardus Finch* Domini *Heneagii Finch* Baronis
de *Daventrie* ſummi Angliæ Cancellarii
Filius natu ſextus *Coll. Chriſti.*

---

COmprime diſtentas tandem Leo Belgice fauces,
Et compone feras per tua colla Jubas:
Æternæ pignus tibi porrigit Anglia Pacis
Anglia ſi jubeant Bella Leone potens:

Nec

## *Epithalamium.*

Nec pigeat, quòd pæne tuis labentia fibris,
Ruptaque tergemino viscera Marte vides;
Compensat vulnus medicina, juvatque cicatrix
Fortior è damno dum potes esse tuo.
Aspicias quali est tibi vincta Britannia nodo,
Et dices, I nunc Gallia, Bella move.

NAscitur Arctoo præclarum Sidus in orbe,
Sidus, quod CAROLI gaudet in Axe vehi;
Nec solùm nasci sed jungi sidera cerno,
Mars junctus Veneri, Martis in orbe Venus.
Astronomi frustrà scrutantur scrinia Cœli,
Ex istis discant Omina Sideribus.

*Gulielmus Clifton* Baronettus
è *Trin. Coll.*

---

SAt ferus occiduo Mavors sævivit in orbe,
Cladibus & tumulis sátque superque datum.
Et famæ satur, & multis memorande trophæis,
Victrices reprimas, Dux Generose, manus.
Altera bella manent, placidæ fœcunda quietis,
Pacifici Thalami, mollia Castra vocant.
Cedere qui Marti nescit, succumbat Amori.
Militet & Castris, Alma MARIA, tuis.
Sic, ô sic Belli semper deferveat æstus,
Lenior auspiciis, Regia Virgo, Tuis!
Sitque diu Felix, lætæ qui Pacis ut Author;
Contulit in castos Arma, Virúmque Toros!

*Johannes Oldfield* Baronett. *Coll. D. Joh.*

# *Epithalamium.*

DUm Populi exultant omnes, plauſuque ſonoro
Omnia complevit compita lætus Hymen.
En! properat tantos Lucina augere triumphos
Applaudens thalamis, pulcra MARIA, Tuis.
Fauſtum, Sponſa, omen! partu præludit in iſto
Diva Puerperio ſcilicet Alma Tuo.

*Carolus Huſſey* Baronettus
è *Coll. Trin.*

---

TE canerem, Sponſumque Tuum, Thalamosque MARIÆ,
Vendicat at CAROLUS gaudia noſtra Puer.
Te noſtræ canerent, Infans auguſte, Camænæ;
Poſtulat at Muſas veſtra MARIA meas.
Gaudia ſic miſerum confundunt juncta Poëtam
Et tenues Muſas conticuiſſe jubent.
At par eſt Vati veniam donare ſilenti;
Gaudia parva loqui, magna tacere ſolent.

*Robertus Barkham* Baronettus
è *Coll. Trin.*

---

FElix, is nimium felix, Clariſſima Virgo,
Conſortem thalami quem patiere tui.
Quem caſtis flammis, primoque beabis amore,
Poſt-habitis aliis, cujus & eſſe velis.

Eſt

## *Epithalamium.*

Est hic ARAUSIACUS, bellis invictus & armis;
Indomitus formæ non tamen ille tuæ.
Principibus placuisse fuit laus maxima quondam,
Gloria principibus digna, placere tibi est.

*Carolus Tyrell* Baronettus
è *Coll. Trin.*

---

DEpositis Mavors telis, bellique furore
Imbellis Veneris castra tenella subit,
Ut majora gerat, neque noxia prælia, palmam
Victor ubi meritò poscat uterque suam;
Sic Princeps belli oblitus tua castra subivit,
Ut tua captivus vincla, MARIA, gerat:
Vincula queîs Batavûm tellus committitur Anglæ,
Dissociata olim littora conveniunt.
Littora littoribus contraria, fluctibus undas
Vidimus, irati prælia dira sali:
Sed quando Angliacam sibi junxerat Amphitriten
Neptunus Batavus, fit mare Pacificum;
Jam tranquilla maris facies subridet amænùm,
Et placido vultu cærula blanda nitent:
Lascivus mediis saltat Delphinus in undis,
Et festum celebrat cætera turba maris;
Ob pelagi dominum gesserunt æquora bellum,
Discidit æquoreos factio tanta Deos:
Ob pelagi dominum subierunt prælia pisces,
In partes abeunt squamea turba suas:
Fœdere compositi nunc altâ pace fruuntur,
Agnoscit Dominum pontus utrumque sibi.

Adria-

# *Epithalamium.*

Adriacas undas Venetus ſibi fœdere jungat!
Conjugio hoc totum Battavus Oceanum.

*Feh. Teppe* Baronettus
*Coll. Regal.*

---

LÆtior eſt quæ non ſperata ſupervenit hora,
Nec capit exceſſus Ecſtaſis iſta ſuos.
En nova jam mundi facies, mutatur in ictu
Ecce oculi rerum triſte ſupercilium.
Non ego plùs rabido prægnantes Marte triumphos
Conſpicor, aut, quæ ſit ſparſa cruore, manum.
Non plùs cognatas acies ſua funera cerno
Ambire, & diros ſollicitare rogos.
Sed, modò quæ rupit, nunc fœdera certat inire, & 
Hoſtis in amplexus hoſtis uterque ruit.
Hoc præſaga boni mea mens mihi narrat, & almæ
Mars herbam Veneri pôrgere geſtit ovans.
Tu Deus hæc nobis, belli pacisque ſequeſter
CAROLE, tu nobis gaudia tanta dabis.
Et dabis, & facti jam pignora certa dediſti,
Nempe eſt AUREIACIS juncta MARIA toris.
Quàm bene conveniunt, poſita feritate, * Leones,
Quam toties vicibus ſenſit uterque ſuis.
Qui regit Heſperias quod ſi † Leo tertius oras,
Adria cuique ſubeſt * Quartus adeſſe velit;
Nec Galli cantum metuo, neque Cornua Lunæ,
Latrantûmve (orbis quâ patet) ora canum.
O pulchram ſpem! ſed vereor jam nè invidus ipſe
Neptunus tantum non ferat Imperium.

* *Angl. & Belg.*

† *Inſignia Regni in Hiſpan.*

* *Sancti Marci Venet.*

Nunc

# *Epithalamium.*

Nunc placet ille color qui (ſenſit & Anglia) ſignum
  Regis ab imperio deficientis erat;
Cùm vexilliferos ornaverat ille tyrannos
  * Induperatoris cùm caput ille color. * *Com. Eſſexia.*
Eſt idem atque alius: quantum ô mutatus ab illo!
  Scilicet hic nobis aurea ſæcla refert.
Tu Princeps Veneri fructum das auricolorem,
  Sed tua pacifica eſt, ſed tua caſta Venus,
Pulchrior & quàm vel Dea Cypria montibus Idæ;
  Non ἐερὸς Malum hoc, hæc nec iniqua Venus.
Hanc donáſti auro, ſed te donavit & illa
  Mercibus Eoïs, mercibus Heſperiis:
Crede mihi Princeps: ſpolia ampla & opima tuliſti:
  Cui non mercede hac ſumma perîcla placent?
Plùs valet hic ſolus, plùs ſola hæc, *Unio*, quàm quod
  Aut aurum aut gemmas Oxus & Indus habet.
Non Margaritæ plùs nomine gemma vocetur,
  Splendidius multò pulchra Maria dabit.
Utque tuæ Stirpi propria hæc ſint munera, multo
  Te beet & fructu, germinibuſque novis.
Nec mala ſors illâ decerpat ab arbore ramos,
  Tranſerti poterunt altiùs ire ſuis.
Hæc dedit olim Aquilas genti Germania veſtræ,
  Quid ni aliam atque aliam, cùm ſit adaucta, dabit?
Victrices Aquilæ ſint (auguror) Optime Princeps,
  Seu mare ſeu terras pervolitare velint.

*Tho. Page* Miles Præp. *Coll. Regal.*

Vos,

# *Epithalamium.*

ANte Tibi, Princeps, donaverat Anglia Matrem;
Vis quoque nunc thalamos ut daret illa Tuos.
Quippe Tui generis memor, exemplique paterni,
Cognati repetis jura ſacrata tori.
Firmior his nodus, quos ſic conjungit in unum
Et prior Agnatus, jamque jugalis amor.

*Thomas Exton* Eq. Aur. LL.D. Advoc.
Reg. & *Aulæ Trin. Mag.*

---

FRater ut, incluſus materno carcere, ſenſit
Pompam Aulæ, & Thalamos, Pulchra Maria, tuos,
Indoluit non poſſe tui partem eſſe Triumphi,
Quo capta à magno duceris ipſa Viro;
Viſcera diſtendit nixu materna frequenti,
Quoque poteſt, ſaltu tundit utrúmque latus;
Non tulit, ut decimum compleret Cynthia menſem,
Naturæ inviſas rumpit at ipſe moras;
Quo diſcedenti daret oſcula fida ſorori,
En ſubiit vitæ prima pericla ſuæ,
Tanquam ſera nimis ſit craſtina vita, videtur,
Quo tu nupta fores, dicere, vivam hodie;
Quantum, Magna ſoror, fratre expectabis adulto,
Cum nondum nato tantus ineſſet amor.

*Bevill Grenville* Nobilis
è *Trin. Coll.*

---

# *Epithalamium.*

O Manſura Domus! non exit Pronuba Juno
Quam Lucina ſuum Juno peregit opus;
Sic frondet ramis ſemper felicibus Arbos,
Quæ croceos fœtus fert, virideſque ſimul;
Non temerè eſt, Frater quòd tam opportunus in ipſum
Conjugium erupit, lætitiamque dedit;
Progeniem invictam hinc fore, fœcundoſque Hymenæos
Ille repromittit, Maſculus ille puer:
Progeniem certe *Angelicam*, quam proferet olim
Pulchrior Hæc ſexu, fortior ille ſuo;
Sit fauſtum hoc, precibus Deus O ſi flecteris ullis,
Omine tam læto nubat & Anna Soror.

*Georgius Grenville*, Nobilis è *Coll. Trin.*

---

QUanquam nec noſtram hanc æquabit *Belgica* Gemmam,
Nec tali Spousâ munera digna dabit;
Nec ſi quas *oriens* fundit, ditéſque *Moluccæ*,
Nec ſi quas *Ganges* aut vehit *Indus* opes;
Nec ſi quot gazas *Peruana* & *Mexica* mittunt,
Nec ſi quot merces *Amſtela* dives habet:
Cùm tamen ipſam ardens adeò *Naſſovius* ambit,
Haud fieri *Auriaca* hæc *Aurea* Gemma negat.
Sic coiêre pares æterno fœdere Gentes,
Nupſit & Auriaco noſtra *Maria* Viro.
Noſtra *Maria* Venus noſtra eſt; attendite Belgæ;
Eſt *Venus* orta mari, & *Stilla Maria maris.*
De Maris Imperio nè jam contendite Belgæ;
Oceanus nobis *Anglo-Batavus* erit.

# *Epithalamium.*

Nos *Angli Batavíque* unitis classibus ambo
Possumus en toti nunc dare jura mari.
Cum *Rheno Tamesis* communes misceat undas,
Et facilè cunctis sic dominemur aquis.
Sic ambo geminos tutò grassemur ad Indos,
*Sequana* nec nostras lædet *Ibervè* rates.

Μοῦσαι Ὀλυμπιάδες λιγυρὴν ἐντύνετε μολπήν.
Νῦν χρὴ ὕμμε μάλιστα γαμήλιον ὕμνον ἀείδειν,
Παρθένον Ἀγγλιακὴν ἐπεὶ ἠγάγεθ' ἱμερόεσσαν
Ἀρχὸς ὁ Ἀυριακὸς, Μαρίην, χαρίτεσσιν ὁμοίην.
Ὦ πόποι, ἦ μέγα χάρμα Βαταυίδα γαῖαν ἱκάνει,
Οὕνεκα τήνδ' ἄλοχον γήμην Νασσούβιος Ἥρως,
Βέλγαι θ' ὣς κρατεροῖσι Συνήοροί εἰσι Βρεταννοῖς
Τὴν διὰ συζυγίην, ἄμφω δ' ἕταροί τε φίλοι τε
Γίγνοντ' ἀλλήλοισιν, ἐπεί σφιν ὁμόφρονα θυμὸν
Ξυνὴ πίστις ἔθηκε, καὶ ὁρκία πιστὰ γάμοιο.
Ἱλερμοῦ Μαρίης θ' ἱερὸς γάμος ἐκτετέλεσται,
Βέλγαι καὶ Βρετανοὶ μέγα κεν κεχαροίατο θυμῷ.

ADeste Musæ, tendite barbiton,
Lætâ accinatur voce Talassio
His nuptiis nodóque firmo
Angliacæ Batavæque Gentis.
Prima inter omnes percutiens lyram,
Gemmam Angliæ ac Heroa Bataviæ,
Illustre Par hoc Regiumquè,
Incipe tu celebrare *Clio.*
Si quando gratum tu dederis melos,
Nunc, Diva, carmen pange Gamelium;

Non

# *Epithalamium.*

Non ulla certè unquam Synoris
Digna cani meliore plectro.
O auſpicatum conjugium ! ô Hymen!
Quid non ſibi hæc Gens ſpondeat utráque
Connubium poſt tam beatum
Principis AURIACI, & MARIÆ:
*Seldene*, *clauſum* tu *mare*, *liberum*
Vis eſſe, *Groti*; jungite dexteras:
Sub Rege noſtro *liberum* eſto
Jam *Batavis*, aliisque *clauſum*.
Navale, *murus ligneus* Angliæ,
Purúsque cultus, *murus aheneus*;
Utrúmque firmavêre juncti
AURIACUS ſimul & MARIA.
Sunt bina nobis Palladia, Anglica
Queis firma ſtat res, Relligio & Mare;
Hæ nuptiæ ambo tutiora,
Oceanumque, Fidemque, reddunt.
Sic roboratam Claſſibus & Fide
Vis nulla Regum proteret Angliam,
Nec Regis illius vocati
Catholici, neque Chriſtiani.

JA. DUPORT, *S.T.P. Coll. Magd. Præſ. D. P.*

## *Epithalamium.*

### Venit, Vidit, Vicit.

Dlvina nempe cœpta cunctari, & pede
Reptare lento neſciunt.
Bellum gerendi certus Auriacus novum,
Illuſtriúſque, *Venerat*,
Dux ipſe & ipſe exercitus; quales ſolent
Pugiles Amoris ſe dare.
Nec longa pugna; *Viderat* námque, & procul
Morâ, videndo *Vicerat*.
Facilem triumphum quid ſtupes, blandis ubi
Pugnatur oculis, myſtico
Ardore fœtis? Luminum acies fulgure
Armatur arcano, & ſuis
Contenta jaculis incruento vulnere
Gaudentia fodit pectora.

*Joſ. Beaumont* S. Th. Pr. Reg.
& Coll. S. Petri Præfectus.

---

*In Nuptias Principis* Arauſiorum *cum* D. Maria *Ducis Ebor. primogenitâ.*

VIciſti GULIELME; volente jubente *Dione*,
Regibus antiquis edita *Virgo* tua eſt:
Certa loquor; luxêre faces, Hymenæéque clamat
Vulgus, & omnis Iõ Turba Hymenæe canit.
Nulla mora eſt; Agros pervaſit, & oppida, & Urbes
Pompa, Palatinas quæ ſtrepit ante fores:
Audimus; nec *Granta* ſilet, ſed carmine multo
Exultantem auget Phœbus Apollo Chorum,

Inque

## *Epithalamium.*

Inque globos penetrans juvenúmque Senúmque, *Batavo*
Vectigal ſolvit connubiale *Duci:*
Sic tibi (magne Heros) dat magna *Britannia* Nympham,
Quâ nihil inter opes pulchrius Orbis habet.
Si *Paris* hanc olim Phrygiis ſpectâſſet in arvis,
Unam hanc jurâſſet tres ſimul eſſe Deas.
O decus *Europæ* quæ fœmina jure vocaris
Spe *Juno*, ingenio *Pallas*, & ore *Venus*.
Cur frontem, aut longè radiantia lumina mirer;
Candentésve genas, artificésve pedes?
Quid morer *Auroræ* digitos, humerósve *Dianæ*,
Vel (benè quas poſſent ſceptra decere) manus?
Ut formâ, ſic mente Vales, tecumque MARIA
Quocúnque is, *Charitas*, Pieridasque vehis.
Non aliam AURIACO deſpondes (CAROLE) *Marti*,
Non aliam *Genero* Dux IACOBE voves:
O faciles dare ſumma Deos! ſic Numine veſtro
Tandem Vir Nuptâ, & Nupta beata Viro eſt.
Ite pares animis in mutua gaudia Amantes,
In, ſine lite quidem, non ſine prole, torum;
Inque dies magis ut *Belgis* profitis, & *Anglis*,
Florete officiis, & pietate Pares;
Vivite; reſpondet Tellus, & Pontus, & Æther,
Vivite *Tarpeii* Victor utérque *Jovis*.

R. WIDDRINGTON, S. T. D. &
*Illuſtriſſ. D. Margaretæ Profeſſor.*

Extin-

## *Epithalamium.*

EXtinguat *Bellona* faces, & *Martius* horror
Exulet, alma *Venus* nil niſi molle probat.
Nil in amore ferum, geniale Cubile lepores,
Amplexus, riſus, blanditiæque decent.
Stat jam firma quies, regno reſpublica juncta eſt
Fœdere ſacro, omnis Gens inimica fremit.
Enſes jam ponet, pacemque procabitur illâ
Quâ *Sponſam* Princeps ambitione ſuam.
Annulo apud Venetos miſſo nova *Sponſa* quotannis
Fit mare, vix ſervat Lubrica Nympha fidem.
Connubio hoc *Angli* proprium, *Batavique* dicabunt
Æquor, rivalis nemo futurus erit.
Surgit ad invidiam nobis hinc murus aquarum,
Et qui nos munit, longè aliosque fugat.
Sed quod adhuc omni majus tutamine, ſancta hæc
Inter nos animos vincula utrinque ligant.

HENR. PAMAN, *M.D. Acad. Orat. Public.*

---

*In diem Nuptialem poſt frigora ſæviſsima celebratam.*

GRata dies *Anglis*, *diſcordi* at gratior *orbi*,
Qualem affert ævo lux tua lætitiam!
Miteſcit cælum, dudum aſpera bruma remittit
Spicula, deſævit *bellipotenſque Deus*.
Cum *cælo tellus* jam conſentire videtur,
Iras dum ponit bellica turba ſuas.
Nec mirum, vultus *Sponſæ* dum ſpargit *amores*,
Illuſtriſque *Ducem* vincit *Arauſiacum*.

*Guil. Briggs*, M. D.
C. C. C. *Soc.*

*An-*

# *Epithalamium.*

*Angliacæ* gaudete nurus, gaudete *Bataviæ*;
Auriaci gremio Nupta *Mariа* jacet.
*Belgiacæ*, decus Ille, domûs; decus Illa, *Britanniæ*;
Ille est spes *Bataviûm*, spes erat Hæc *Britonum*.
Sed jam connubio stabili conjunctus Uterque;
Et decus, & populos spes tenet una duos.
Illa fuit castæ Veneris justissima cura;
Ille fuit Victor, Cura, Gradive, tua.
Orta Venus pelago Dominam facit æquoris Illam;
Illum Mars terris imperitare jubet.
*Angliacæ* gaudete nurus, gaudete *Bataviæ*;
Ille Deâ dignus conjuge, & Illa Deo.

*Sam. Thoms.* Coll. Regal. *Socius.*
Procurator Sen.

---

*Anglia* te cernens inter discrimina belli
Infausti, Princeps Optime, mæsta fuit.
Sæpius illa dolens sortem incusavit iniquam,
Et iuxit crebrâ fata maligna vice.
Frustra: non etenim Fortunæ, at fortia Amoris
Vincula victrices detinuere manus.
Ut Cytherea Deum solet emollire potentem
Bello, dum ardorem temperat alma trucem:
Haud secus illa tuæ facies pulcherrima Sponsæ
Te vicit; facilè vincet & illa alios.
Forma adeò victrix quæ fulget in *Ore Mariæ*
Aut *Belgis* pacem, aut læta trophæa dabit.

*Tho. Whincop.* Coll. Corp. Chr. *Socius.*
Procurator Jun.

Sat

# *Epithalamium.*

*Celsissimis Potentissimisque Dominis Dominis ordinibus fœderati* Belgii *faustissimas has nuptias Celsitudinum* Gulielmi Henrici *&* Mariæ *Dei gratiâ Principum* Auriacorum, *&c. congratulatur Magna* Britannia.

SAt bello furiisque datum: pugnavimus ambo:
Utraque diversas gens habuere vices:
Et quamvis nostras coleret Victoria terras,
Respexit *Batavos*, haud ita tristis, agros.
Otia fecit Amor, tandem, nubente *Mariâ*,
Et longùm jussit bella silere Venus.
Sic fore, sic, populis æternâ in pace futuris,
Quam spondet tantum pignus utrimque fidem?

*Joh. Peck*, è Coll. St. Johan.
Bedellus Armiger.

---

UT temerè ambiguo mens sectans gaudia voto
Lætitiæ dubio fluctuat acta salo!
Hinc vocat ad Paphios mollis Cytherea triumphos,
Et trahit in thalamos, Nympha *Britanna*, Tuos.
Hinc Lucina suos ridens mihi jactat honores,
Quámque micet pulchro Regius ore Puer.
Lætus Ego promptusque, Deæ, quocunque vocatis,
Te, Lucina, sequor, Te, Cytherea, sequor.
Te, Cytherea, sequor, Tua me vestigia ducunt,
Dirigit & gressus pronuba tæda meos;

Huc

Huc ubi Arauſiades poſitis tranquillior armis
Subdit Acidalio mitia colla jugo.
Dum blandos ſponſi jucundè ventilat ignes,
Spargit & innumeras pulcra *Maria* faces,
Sithoniæ cui colla nives, niveæque papillæ;
Illâ quanta tamen ſub Nive flamma latet?
Sic Ætna incluſos Nive candens occulit ignes,
Flammaque vicinum lambit amicâ gelu.
Tu, nè parce illi, Princeps, circundare Collo
Brachia, nec licito totus Amore frui;
Felices decet hoc ſemperque decebit amantes
Se ſecum variis implicuiſſe modis.
Ridet ad hæc mollis ſpectacula mater Amorum,
Teque, *Maria*, videns Naſſaviumque Tuum.
Qualis enim, (Superi!) ſpecies cùm Regia Vitis
Juncta Ulmo gaudet luxuriare ſuæ.
Quam latè extendit turgentes ditior uvas
Læta maritales implicuiſſe comas!
Undique purpureos ſpargit fœcunda racemos,
Atque ſuas trunco grata rependit Opes.
At quò me Venus alma trahis? Lucina morantem
Increpat, & Muſas vendicat Illa meas.
Tuque, *Maria*, Tuum Fratri concede Poetam,
Me vocat Ille Tuus, lacteus Ille Puer.
Ecce verecundi quàm viva modeſtia vultûs
Auguſto ſparſas pingat honore genas!
Ut circùm lùdant Charites, regnetque beato
Et Venus & Veneris plurimus ore Puer!
O *Carole*! ô veſtris longùm exoptate *Britannis*!
O Amor! ô Trojæ pulcher Iüle Novæ!
Ut gaudent Pater Æneas & Avunculus Hector
Spe decus & palmas præripiente Tuas!

# *Epithalamium.*

Jamque minor pulcrâ dolor eſt caruiſſe *Mariâ*;
Hoc damnum vultu reſtituente Tuo.
Nunc eat Illa, bono facilem ſecet omine Pontum,
Neptunúſque ſuas ſternat amicus aquas.
Lubrica laſcivas circùm Panopæa choreas
Ducat ad *Angliacas* officioſa rates,
Linquens Ipſe ſuas, ramoſa Corallia, ſedes
Conchâ Illi Nereus carmen hiante ſonet.
Sed meliora canat quàm tunc cùm Paſtor amatam
Tyndarin Idæâ per freta nave tulit.
Namque adeò ſacræ non unquam lucida formæ
In veſtris, Nereu, gloria fulſit aquis.
Tunc neque cùm naſcens, fluctu ſuſpenſa tumenti
Explicuit niveos ſpumea Diva ſinus.
Ut vagor? & temerè nunc Hunc nunc alloquor Illam,
Lætitiâ nullo ſe cohibente modo.
Ut *Caroli* cunas thalamis confundo *Mariæ*!
Et quocunque vocant Ille vel Illa ſequor!
Quin uno tandem melius mea defluat alveo
Lætitia, & plenis littora pulſet aquis.
Conſpirent ſocio cœuntia gaudia fluctu,
Inque animos uno vortice juncta fluant.
Qualiter hybernus gemino cum flumine torrens
Auctior unitas in mare volvit aquas.
Scilicet unitis nunc ſpirant omnia votis,
Confundunt plauſus & tria Regna ſuos.
Orcades & refluo pendens in gurgite Thule
Publica Lætitiæ ſigna dedere ſuæ.
Et Tameſis glaucâ præcinctus arundine ripas,
Et noſter famulis Tueda ſalivit aquis.
Læto Albioneæ ſonuerunt carmine rupes,
Et ſaxa affectu non caruere ſuo.

Quo

## *Epithalamium.*

Quò feror? Ogygii ceu quondam plena Lyæi
Fertur in Emathiis Edonis acta jugis?
Quò trahor? & quò me ſenſim rapit entheus ardor?
Quò rapiunt Elegos fervida vota meos?
Hæc poſcunt Epicum nobis majora Poetam,
Nec temerè numeris ſunt tenuanda meis.

*Carolus Fraiſer*, M. A. Trin. Coll. *Soc.*
& Medicus Regius.

---

LAudant *Auriacum Germanus*, *Danus*, & *Anglus*,
Et *Belgæ* laudant Pallada utramque Ducis.
Sed minus eſt meritis, *Cæſar Brittannicus* inquit,
Laudari, auſpiciis militat ille meis.
Ipſe animos in bella dedi, per me ferit hoſtes,
Conſilióque potens res gerit ille meo.
Præmia Frater habet: Princeps, habet ille *Mariam*;
Agnoſce invictâ præmia digna manu.
Dant tibi Rex, Dux, & Proceres, populuſque *Mariam*,
Sis felix thalamis illius, illa tuis.
Cedat connubiis ſatiatus clade Gradivus,
Quo caleas poſthac fervor amoris erit.

Johannes Shaw *Baronetti filius natu maximus*,
*Commenſalis*, Coll. Trin.

---

GAudete *Angligenæ*, lætos diffundite vultus,
Et plauſu reſonet Terra *Britanna* novo.

# *Epithalamium.*

Hæredi *Batavo* nupſit propè Principis Hæres
Nobilitate pares ambo, & amore pares.
Multâ prole beent ſeriſque nepotibus *Anglos*,
Pace & concordi ſecula longa terant.
Haud timet ulteriùs *Batavus* ferus *Anglica* tela,
Nec *Batavûm* claſſes gens animoſa timet.
Nunc utramque tenent æternæ fœdera pacis,
Junguntur pariter nunc & uterque Leo.
Aurea tranquillas demulcent otia terras;
*Anglia*, jam redeunt aurea ſec'la tibi.
Princeps magne! Tuo cuncta hæc debentur honori,
Debentur laudi deinde, *Maria*, Tuæ.

*Thomas Cornwallis Caroli* Baronis
de Eye Filius natu quartus
*Coll. Corp. Chriſt.*

---

Eſtis utrique pares; victor Tu, maxime Princeps,
Maximus es, victrix nec tamen Illa minor:
Armorum virtute hoſtes Tu vincis, at Illa
Imperat, & vincit, nec tamen arma gerit.
(Ah! felix victor! tecum ſpolia ampla reportas,
Quæque tibi invideam, ni reditura forent.)
Eſtis utrique pares; nam Religionis utroſque
(Cum paribus votis) afficit unus amor.
Eſtis utrique pares; in amico fœdere utroſque
*Anglicus* hinc, jungit *Belgicus* indè Leo.
Eſtis utrique pares; nam mutuus ardor utroſque
Afficit, atque ambos mutua flamma tenet.

Ergo

## *Epithalamium.*

Ergo pares cùm ſitis, eodem virga metallo
Germinet, & ſobolem reddat uterque parem:
Illa habeat natas referentes ora Parentis,
Ille habeat natos qui Patris arma gerant.

At tu, Sponſa *Maria*, Redux Regina futura,
Accipe, quæ populus vota, preceſque, facit.
Sic abeas, Princeps, Patriamque, Patremque relinquas,
Ut redeas olim cum redeunte Viro;
Sic olim redeas, cognata ut ſeriùs aſtra,
Diva, petas, moriens cum moriente Viro:
Sic morere, ut Mater numeroſâ prole beata,
Hæc tradas natis ſceptra regenda tuis;
Sic nati excipiant ſibi ſceptra hæc tradita, ut eſſet
Vel tali amiſſâ flere Parente nefas.

*Humfred. Newbery.* A. M. *Coll. Regal. Soc.*

---

CUm Ducis invicti gratum & Venerabile nomen
Ad noſtras aures nuntia fama tulit,
Qui vultus, quales plauſus, & gaudia quanta,
Ac ſi veniſſet *Carolus* alter, erant?
Cum verò ſponſus narratur adeſſe futurus,
Non ſe continuit lætus ubique furor.
Gratus adeſt hoſpes, ſed gratior uſque Maritus,
Tam fauſta haud unquam quinta *Novembris* erat.
Victor Iö Princeps, victor vel Cæſare major,
Subjugat ille hoſtes dum venit, atque videt:
Tu vincis Princeps tantùm veniendo, trophæa
Et ſolo adventu nobiliora ſtruis.

## *Epithalamium.*

Per miſeras hominum ſtrages, per bella, per enſes,
Gloria Cæſaribus ſanguinolenta fuit:
At tu majores ducis de pace triumphos,
Et gerit hæc ſolus prælia mollis Amor.
Retia tenduntur, ſed retia Martis Amantis,
Militat in caſtris Marſque Venuſque tuis.
Ergo Tibi Princeps facilis victoria cedet,
Dum pro Te pugnant Marſque Venuſque ſimul.

*Geo. Goad.* M.A. *Coll. Regal. Soc.*

---

IO, Camænæ! ſentio, ſentio
Afflata veſtro numine pectora:
Iö, Dione! Te, Tuaſque
Sentio corde calere flammas!
Quem me jubetis dicere nobili
Heroa plectro? quæ Dea, quæ meas
Illuſtris Heroina chordas
Excitat è placido ſopore?
Arauſicanos in thalamos, Deæ,
Vocatis; adſum; vos mihi mollibus
Roſiſque frontem liliiſque
Et Paphiâ religate Myrto.
At, Diva Cypri, necte volentibus
Jugum Columbis, Paſſeribus vagis
Impone frænos, & per auras
Flecte levem, Cytherea, currum.
Nec ipſa Cypros nec Tua Te Paphos
Moretur; albis lora jugalibus
Committe, & ad charos *Britannos*
Flecte levem, Cytherea, currum.

Illic

Illic triumphos aſpicies Tuos,
Illic puſilli grandia filii
Trophæa cernes, & ſuperbâ
Per thalamos gradiere pompâ.
Jam nec furoris murmura bellici
Pictæve pulcro ſanguine caſſides,
Nec ſigna Princeps nec *Batava*
Naſſavius meditatur arma;
Jam nec decoro pulvere ſordidas
Quaſſare criſtas, jam neque Gallico
Cruore, ut olim, purpurata
Attoniti juvat unda Rheni.
Tui, Dione, mollius Imperî
Jugum ſubire diſcit Arauſius,
Et ad pedes caſtos *Mariæ*
Volvitur officioſa Laurus.
Nunc Ille veſtros pectore languido
Suſpirat ignes, oſſa medullitùs
Edente flammâ, jam *Mariæ*
Ex oculis oculos amantes
Accendere optat, nunc & eburneos
Frontis decores, nunc roſeo genas
Splendore florentes pererrat
Luminibus vagus inquietis.
Nunc oſculari nunc animæ juvat
Libare florem, jam facibus ſuis
Suoque Princeps gaudet æſtu
Virgineum incaluiſſe frigus.
Talis relicto culmine Thracii
Gradivus Æmi ſanguine jam ſatur
Laſſata poſt pugnam reclinat
Colia ſinu, Cytherea, veſtro;

Brevemque

Brevemque pacem, mitior aſpici
Tuoque factus numine mollior,
Indulget orbi, nec cruentas
Cæde ſinit maduiſſe gentes.
Iõ triumphe! at quid, Venus aurea,
Morare? currum ſcande volatilem
Regina victrix, & ſerenis
Liquidum per inane bigis.
Fallor? vel audit me Dea? jam levem
Currum popoſcit, jam venit arduas
Volans per auras; ipſa Divam
Sentit hyems, placidoque vernat
Vultu *November*, decutiens nives
Et explicatâ fronte ſerenior
Renidet annus ad triumphos
Naſſavii Paphiæque Divæ.
En! pone matrem mille Cupidines
Et mille Amores nubibus inſident
Pictis decenter delicatos
Solis acu variante currus.
Et jam triumphos Diva *Britannicos*
Auctura venit, jam thalami novo
Fulgore riſere, & micantes
Sponte ſuâ patuere valvæ.
Et pulchra limen jam tetigit Dea,
Et tota dextrum turba Cupidinum
Sternutat omen, & ſereni
Ore ſacro nituere riſus.
Quin Gratiarum candida mollibus
Caterva ſeſe miſcet Amoribus,
Unáque contendit ſonantem
Connubii celebrare pompam.

At, ô *Maria*, ſidus amabile
Orbis Britanni, Te placidam velis
Præbere, dum Cypris tributum
Ipſa tibi Chariteſque ſolvunt.
Ceſtum Cythere porrigit aurea;
Molles in illo deliciæ micant,
Et textilis paſſim venuſtas,
Atque Joci, tenerique Riſus,
Et oſcula almis miſta Leporibus:
At ſe, *Maria*, ſe Tibi Gratiæ
Dant, & nihil majus potentes
Eſſe ſuum voluêre munus.
O Nuptiarum nobilium decus!
O Gloria ingens! credo ego talibus,
Aut fortè non æquis, triumphis
Emathias ſonuiſſe Terras,
Tunc cùm Thetis Neptunia Theſſalo
Nupſit marito & convenientium
Affluxus auguſtus Deorum
Ætherias vacuavit ædes.
Cùm dona junctis non ſine Numine,
Ipſi tulerunt conjugibus Dei,
Ipſæque nuptiale carmen
Veridicæ cecinere Parcæ.
Et ecce! Sacra & carmina denuò
Parcas ſonantes audio, (nam mihi
Et Ipſe defæcatiores,
Phœbe Pater, facileſque Muſæ,
Dediſtis aures) audio nobiles
Cantus Dearum; attendite Poſteri
Arcana dum pando Sororum
Gaudia fatidicoſque cantus.

## *Epithalamium.*

Salve Beatum par! (ita concinunt
Divæ) faventi Numine mutuis
Amoribus junctum in Britanni
Grande decus columenque Sceptri.
Secura per vos otia *Brittonum*
Agros beârunt, otia *Belgicos*
Agros beârunt; & ſereno
Pax micat ore, ſuaſque latè
Expandit alas, & precioſius
Reducit ævum quà volat, & jubet
Recuſa flaventi Metallo
Nunc iterum radiare ſec'la.
En! flava paſſim mella *Britannicos*
Errant per agros, lacteus undique
Rivus nitentes delicato
Murmure ſollicitat lapillos.
Venit Fideſque, & Candida Fauſtitas,
Pleniſque turgens Copia Cornibus;
Et arva culmorum tumenti
Meſſe natant ſegetumque fluctu.
Vos arma tandem frangite *Brittones*,
Enſes & haſtas frangite, mellaque
Pleniſque vina inempta miles
Caſſidibus galeiſque potet.
Hinc vis, & omnis exulet hinc furor:
Pax à beatâ mitior Inſulâ
Trans æquor avertit *Britannum*
Non iterum reditura Bella.

*R. Duke* Trin. Coll.

*Gene-*

## *Genethliacon* CAROLI *Ducis* CANTABRIGIENSIS.

ERgo iterum, Musæ, Aonios aperite recessus,
Nam nec ego has sacras advena pulso fores.
Tuque etiam solitos nè dedignare furores
Inspirare animo vatis, *Apollo*, Tui.
Nascitur, Aonides, vestro qui carmine dignus,
Nascitur ille Tuâ dignus, *Apollo*, Lyrâ.
Aspice quàm molles oculis Amor afflet honores,
Quámque tener blando rideat ore lepor!
Aspice ut ad matrem candentes porrigat ulnas,
Inque sacros avidè gestiat ire sinus!
Ut micet, & tacito exultet sub pectore totus
Figens maternis lumina luminibus,
Tot Veneres, tot delicias, tot gaudia præbet
Qui ludit tremulo lubricus Orbe Puer.
Te, *Caroliſce*, vides, Tu, Tu puer ille tenellus,
Qui Tibi tot lusus deliciasque facit.
Jure igitur rides adeò & lætare videndo;
Ecquis enim vultus nollet amare Tuos?
Cùm videat mistus cum Majestate paterna
Maternus placido regnet ut ore decor!
Ergo age, cresce beate Puer, nobisque licebit
Auguria à vultu sumere fausta Tuo.
Scilicet ipsa Tuos depingunt Lumina mores,
Et qualis facies Vitaque talis erit,
Materno semper blandùm candore notata,
Et semper molli fusa pudore fluet;

Nec tamen intereà generoſos pectoris Ignes
Et Majeſtatem non habitura Patris.
Ut tandem ambiguum confuſus cenſeat Orbis,
Plus Matri *Carolus* debeat, annè Patri.

*Idem.*

---

## *In Nuptias Quarto* Novembris *habitas.*

NOn ergo ſolùm Fraude *Novembricâ*
Vatum ſonabunt carmina; nec modò
De ſede mandato Quirini
Pulverei laqueo furoris:
Eſt & *Novembri* debita Gratia;
Quintúmque Quartus jam ſuperat dies;
Penè obſoletos dum dolores
Lætitiæ nova cauſa celat.
Stat Magna terræ Gloria Belgicæ
Naſſavus Heros; Candida *Caroli*
De Dexterâ donata Virgo
Attonitum metuit Maritum.
Formoſa Proles Magnanimi Ducis,
Magnique Conjux inclyta Principis,
Sponſo, Parenti, Patruoque
Ferre & avo Similes, memento.

*Carew Hervey* aliàs *Mildmay*
*Eman. Coll. Commenſalis.*

*Ad*

# *Epithalamium.*

## *Ad Ducem Eboracenſem.*

PAuca tui Generi, primæque ea facta juventæ
Hæc ſunt, at verſu facta minora meo.
Servati cives; propulſi finibus hoſtes;
Et defenſa piâ Flandria laſſa manu.
In quam cùm toto ſe effuderat agmine miles,
Galle, repulſæ olim neſcia turba, tuus:
Non fruſtrà oppoſuit Natura Alpemque nivemque,
AURIACUM oppoſuit fortiùs illa ſuum.
Hic gladius clypeusque fuit, fluviusque niveſque,
Omnia quæ poterant hoſtibus eſſe moræ.
Obſidentem urbes, & in omni turre furentem
Vidiſſes, ſoles hunc hyemesque pati.
Quæſivêre diu Belgæ, quæſivit Iberus
Præmia, quæ tali Principe digna darent.
Sed nec adhuc (pudet hoc de tantis dicere regnis)
Id poſſunt, vel ſi ſe dare tota velint.
Tu ſolus magnæ virtutis conſcius Heros
Dicere quid ſit par, idque referre potes.
Quid? licet Auriacus Flandros tutetur ab hoſte,
Obruit hos meritis turpiùs ipſe ſuis.
Grandia cùm benefacta premant, ſuccurrito Flandris;
Artéque Victorem vince, JACOBE, ſuâ.
Hoc fac, namque vales. Tua ſola MARIA rependet
Quicquid adhuc meruit, vel meruiſſe poteſt.
Factum eſt: illuſtri Virgo deducta Marito
Ingentis merces chara laboris abit.

Juſtitiæ,

## *Epithalamium.*

Juſtitiæ, Dux magne, tuæ cœlumque Deusque
Applaudit; ſoboles non minor inde tua eſt.
Tertius è cœlis CAROLUS venit, & tibi Granta
Charus erit, nomen quòd gerat ille tuum.
Charior & multò quòd ſit tuus, Optime Princeps,
Virtutisque hæres unicus ille tuæ.
Purpura præ titulo hoc ſordet, quâ quando fruetur,
Sentiet hæc meritis regna minora ſuis.

*Jo. Battely* A. M. *Coll. Trin. Soc.*

---

NAssaviæ Princeps huc ad nos trans mare currit,
Ut peteret Mariam Cor animamque ſuam.
Nec tota unda maris flammas extinguit amoris,
Sed magis ardentes concipit ille faces;
Nec noſtra hunc renuit, ſed & illa hoc carpitur igni;
Sic juncta eſt Batavo Sponſa Britanna Viro.
Non jam Luna Maris Domina eſt, ſed pronuba Juno,
Imperium & nobis firmius ipſa facit.
Tutiùs Oceani Zonâ nunc cingimur Angli,
Cùm ſolvit Zonam Belga, Maria, tuam.

*Jo. Millington*, M. A:
*Coll. Magd. Soc.*

Os

# *Epithalamium.*

Ὃς πέρι μὲν βουλὴν ἄλλων, πέρι δ' ἐστὶ μάχεσθαι,
Πολλὰ καμὼν Νύμφην, ἆθλον ἄριστον, ἔχει.
Βουλεύσας τὰ φέριστα πόληΐ τε, παντί τε δήμῳ
Ἀστῶν, καὶ πύργων ἄντι προθεὶς ἄλοχον·
Ῥηϊδίως μετέπειτα μάχῃ περιέσσεθ' ἁπάντων,
Ὅς θ' οὕτω Κέλτας κλέψε Μαρίαν ἑλών.

Ἐδόαρδος ὁ Βαθούρστου
ἐκ Τῆς Τριάδος.

---

ASpera jam positis mitescent æquora bellis,
Adversi & fluctus fœdere convenient.
Non mediis undis inimicâ classe Britannus
Et Belgæ certant de Maris Imperio.
Composuit fluctus tumidos pax alta, quietis
Securi pisces cærula regna tenent.
Nec tamen imperium pelagi sors dividit, omne
Anglus habet, Batavus vendicat omne sibi.
Cum AURIACO MARIA suo regnabit in undis,
Æquorei regni est hic Deus, illa Dea.
Firmavere salum genialia fœdera, nostrum
Posthac Oceanum nulla procella quatit.

Christopher. Goad *A. M.*
Coll. Regal. Soc.

---

TYndaridæ cœlo non conspiciuntur eodem;
Exorto hoc, alter mergitur Oceano:

Can-

# *Epithalamium.*

Candida nec rutilant, Phœbe, tibi cornua, Eoïs
Extulit ut nitidum Sol caput almus aquis:
Æmula sed Phœbi surgit Lux orbe Britanno,
Nec tamen imminuit, Diva MARIA, Tuam.
Solstitium Angliacis lætum det parvus Iulus,
Phosphora sis, Princeps, lumina amica creans.

*Car. Cooke* Trin. Coll. Commens.

---

Cùm jam per plures patriam defenderat annos
Solus, & ipse Leo Principis ense stetit,
Cùm toties armis cessit vis Gallica, fesso
(Ut solita est) Marti subvenit Alma Venus,
Jamque, ô Bellipotens, Juvenili parcere dextræ
Tempus, ait, temni nec mea jura sinas.
Ecce procul dilecta mihi fovet Insula flammam,
Cui soli Princeps cedere jure potest.
Me duce sacra ratis tutò maria alta secabit,
Nec mea, frustratam, Cura redire sinet.
Dixit, & ipsa manu ventos fluctusque repressit,
Et placidi cursûs omina læta dedit:
Quodque magis, timidæ sensumque animumque Puellæ
Flexit, & egregii fixit amore Viri;
Corporis hinc dotes, hinc Martia gesta movebant,
Hinc generis splendor, Mentis & hinc acies.
Agnoscit Patruum, Virgo generosa, Patremque,
Inque suo pariter spectat utrumque Viro;
Et quia nominibus tam charis abstrahor, inquit,
Tu Soror, & Patruus sis mihi, Tuque Pater.
Haud aliter transferre suis cùm Villicus hortis
Aut uvæ, aut Laurûs, germina sacra cupit,

Illa

## *Epithalamium.*

Illa negant & pingue ſolum dulcesque parentes
Linquere, crudeli ni lacerata manu,
Sed mox hæc ulmum, Phœbum hæc experta benignum,
Vinetum hæc fiunt, & nemus illa ſacrum.

### *In Nuptias Principum quarto die Novembris conſummatas.*

QUi ſcelus infandum detexit lætus habetur,
Scriptus & ille notâ ſit meliore dies:
Sed qui præcedit meritò jam poſcit honorem,
Viſus & eſt laudes commeruiſſe ſuas.
Nempe Ille in causâ eſt, nè Regia tota periret
Progenies, uno jam cumulata rogo;
Aſt hic præſentes ſtabilit res, ſpemque futuram,
Pignore quo nullum firmius orbis habet.
Ergo qui ſtirpem donat ſerosque Nepotes,
Quàm qui ſervat, erit Lætior Ille dies.

*Edm. Whitfeild* A. M. *Coll. Regal. Soc.*

---

DEſinat hìc flores jam ſpargere, deſinat Hymen;
Mollia quid pergas texere ſerta puer?
Ecce tibi variam vario de flore Coronam,
Quæ Sponſam exornat condecoratque novam,
Gallicæ & Angliacæ veneranda inſignia gentis,
Inde roſas, illinc lilia fronte gerit.
Plaudite felices propter connubia gentes,
Quas tandem ſtabili fœdere junxit amor.
Jam cuncti gens una ſumus, jam ſanguine mixti
Communi, imperio, relligione, fide.

## *Epithalamium.*

Hinc cælum, hinc tellus ità conſpirâſſe videntur,
Huic reges, illi ut ſit paritura deos.
Diverſo colitur ſub nomine Diva MARIA,
Virgo aliis, Batavis nupta MARIA placet.
Gallicus hoc novit Rex, & tremuiſſe fatetur,
Arma timet, multò ſed magis ille toros;
Nempe quot heroas habuit MARIA priores,
Tot fore poſt-natos Gallica turba putat.
Hic timet Edvardos, Henricos ille futuros,
Magna triumphato nomina facta globo.
Omen habetque uteri, nam mater & ipſa præivit,
Te nupſiſſe, illi ſic peperiſſe fuit.
Si Tua fœcundam faciant connubia matrem,
Aſtra quidem nequeant eſſe maligna Tibi.
Paulatim ceſſes ergo, invictiſſime Princeps,
Quid pugnare opus eſt? vincis amando magis,
A bello ceſſes, aliumque capeſſe laborem,
Non feciſſe ſat eſt, ſed generare Duces;
Sic Venus armatum cogit miteſcere Martem,
Ejus & amplexu, protinus haſta cadit;
Ille leves thalamos quoties meditatur & ignes,
Æternus toties naſcitur indè Deus.
Nec minùs æternam poſſum tibi dicere prolem,
Secula enim nullas conſtat habere vices.
Omnia in antiquum redierunt tempora luſtrum,
Et vix ætatem præteriiſſe puto;
CAROLUS ut CAROLO ſucceſſit in orbe Britanno,
Altera ſic Batavos uſque MARIA regit.

*Johannes Vicars A. M.*
*Coll. Jeſu.*

Qua-

QUalis ubi multo perfusum sanguine Martem,
Inter & armorum strepitus & fulmina belli,
Oblitúmque suæ matris puer impiger arcu
Insequitur telúmque imo sub pectore condit:
Tum Deus armipotens alienis pectora flammis
Uritur, & blando mox totus ab igne liquescit:
Inde Paphónve, Cnidónve volat, sive alta Cythera,
Mollia ubi imbellis restauret prælia pacis.
Talis per turmas equitum peditumque phalanges,
Occupat AURIACI pectus nova cura volantis.
Dum super insedit galeato vertice, pennis
Mollis Amor niveis, victorémque increpat ultro:
Non sic Alcides, nec totum tempus Achilles
His dedit; ecce alia haud ingloria bella juventæ.
Non tulit ille moras: sed ut acri incensus amore,
Threïcias Pontî fauces, se remige fretus,
Ausus Abyderus juvenis tranare lacertis,
Adverso tumidos persulcans pectore fluctus:
Lumen ubi oppositο fulgebat littore notum:
Sic nostris sinuata tument dum carbasa votis;
Leniùs aspirat dúmque Æolus, Orithyiam,
Quâ, Deus incaluit cùm frigidus, ambiit aurâ;
Per freta nostra secat, quasi noto tramite, fluctus,
Hospes ad Angliacas Princeps gratissimus oras.
O salve, cui nostra suo caput Insula ponto
Altiùs erexit, dum vestris annuat ausis;
Aut radice revulsa, tuæ natet obvia classi.
Macte, inquit, totum cui Mars, totúmque cupido,
Se debent: illi bellum, simul unus amorem
Huic docuisse potes, quæ toto pectore spiras.
Namque tuis caput ipse tuum voviisse periclis
Visus eras, & non conducto sanguine Gallos

Excepisse feros; alieno pectore fortis.
Sic in amore tuus pugil, illibata procandi
Gaudia habes, thalamis tanquam præludia sacris.
Dum neque Tu simili spondes connubia ceræ,
Pigmalionæam nec demirâre tabellam,
Implicitive fide fueris contentus amoris:
Quamvis assumtâ sub imagine Jupiter olim
Mugierat; falso vel splendescebat in auro:
Tu meliùs proprios vultus indutus, ut adsis
Ipse Tui judex animi, non cæcus amator.
Nec non esse potes, fueris nisi cæcus, amator.
O dignam, ô dignum sic & vidisse, videri!
Ergo agite illustres animæ; modò frigida corda,
Castaque vestali jam accendite pectora flammâ:
Felicique sacræ dum lucent omine tædæ,
Nectite mansuros vel in ultima secula nodos.
Nec Tamesina modò hæc conjunges ostia Rheno,
Cognatóque simul turbatæ sanguine Mosæ;
Sed, Cadmæa licet nunc omnibus undique sulcis
Europæ horrescit strictis seges ensibus, omnes
Compones placida bellorum pace tumultus;
Agnæ succubuit postquam Leo Belgicus Anglæ,
Pronubus ipse parans toti sponsalia terræ.
Certè haud cæruleis iterum, Neptune, Britannas
Et Batavas acies cernes concurrere campis:
Sed Xerxæa tibi minitantes vincula quercus
Pacifici alatæ tantùm maris æquora verrent.
Sic ubi naturæ discordia semina rerum
Pugnabant utero, tunc cùm conceperit orbem;
Primus Amor cæcam ponebat in ordine molem,
Æternæque dedit, quæ servat, fœdera pacis.

R. Hill *Coll. S. Johan.*

ΕΠΙ-

# ΕΠΙΘΑΛΑΜΙΟΝ

Εἰς τὴν Κλεινοτάτην Δέσποιναν τὴν ΜΑΡΙΑΝ

Τὴν τοῦ Ἡγεμόνος τοῦ Ἐβορακέως

Θυγατέρα περιλότοκον

Τῷ Κλυνοτάτῳ Ἱλερμῷ Ἀρχηγῷ Ὁεαδηίφ εἰς γάμον ἐκδοθεῖσαν.

Ὡς ὅτε τὸν Πηλῆϊ θεοὶ δόσαν ἀγλαὰ δῶρα
Ἐν αἰπῆ γλαφυρῷ Κενταύρου Φιλυρείδαο,
Ἀνθιδέῳ Ἥρωϊ ὅτ' ἐν Θέτιν ἔμμεν' ἄκοιτιν·
Τιμῆ μὲν Ζεὺς πρῶτα γάμους ἐτέρπετο καὶ ὄλβῳ·
Σκῆπτρον ἀνακτόριον χρυσόθρονος ὤπασεν Ἥρη·
Νίκην δ' ἐν πολέμῳ καὶ ἀγακλυτὸν εὖχος Ἀθήνη·
Ἐννέα δ' αὖ Μοῦσαι ἱερῆς τομάτεσσιν ἀοιδὴν
Ἱμερόεντ' Ὑμέναιον· Ὁ δ' ἐν μέσσῃσιν Ἀπόλλων
Ἥρατο φόρμιγγος, γυναικηὶ δέ οἱ ἕσπετο φωνή.
Ὣς καὶ νῦν ΚΑΡΟΛΟΙΟ μετ' ἄσπετα δῶρα, μετ' ὄλβον,
Ὄσσον Ἄναξ καὶ ἄνακτος Ἀδελφεὸς ὄξοπάσειαν,
Γραιιάδες μὲν Μοῦσαι Ἀπόλλων τ' Ἐμμανιπλεὺς
Εὐθρόα δῶρα φέρουσιν ἀειζήλοισι Γάμοισι.
Λύσατε γῆν θαλερὴν, Μοῦσαι, νῦν λύσατε πόντους
Ἀνθεσι νυμφοκόμοισιν ἐπιστεφὲς γανόωντας,
Καὶ πάντ' ἐκβάλετε σπυρίδων χόμον ἀνθεμοέντων
Τιμῶσαι Μαρίην τε καλὴν καὶ ἐὸν Παρακοίτην.
Ὅς γ' Ἄρεος μείζων, ἢ δ' αὖ Παφίης βασιλείης,
Ἄμφω ἀπ' Οὐρανίοιο κλόδους λάχον ἱερὸν αἷμα·
Μιλέσδεν ἐξ αὐτῆς ὄφις, Παλέσδεν δὲ Σιβὴ
Φύτλην ἐκ Καρόλοιο νέον θεομάρτυρος ἕλκε
Τέκνον Καρόλιδαο δαΐφρονος Ἰακώβου,
Αὐτοκασιγνήτοιο μεγακλήεντος Ἀνακτος,
Οὗτος δ' Ἡγήτωρ Βελγάων θυμολεόντων,

Ἐξοχος

# Epithalamium.

Ἔξοχος ἐν πολέμοισιν, ἀρηϊδέων δ' ἀίζηῶν
Μήστωρ ἄρειος ἔφυ βελευέμεν ἠδὲ μάχεσθαι,
Μογμοδίῳ Ἥρωϊ ἀλίγκιος, Οὐδέ κε φαίης
Ἄλλων ὀπλέρων τοῖον βλάστημα γενέσθαι.
Ἄγγλος ἔραλι πέφυκε, καὶ ὄμμασι, καὶ φρεσὶν Ἄγλος,
Ἄγγλαι δ' ἄν Ἰακώβε ἀείσιν γῆμε δύαλέα,
Ἄγγλος ἴσως πολέμῳ μετ' ἀρίμανέων Γαλατέων
Ἐσπόμενος μετόπισθεν· (Ὅπως δ' ἀπὸ δέσφατα φαίνῃ)
Ἄγγλησιν Μέσσησιν ὁμόσπορος ἔσται Ἥρως
Μογκείῳ ὁμόπτιμος ἰδ' ἠρώεσσι Βρεταννοῖς.
Χαίρετε νῦν Τερίης λαμπρὸν γλύος, Ἕκλορος αἷμα
Ἄγγλοι δυσπόλεμοι μεγάλης ἀλόχου Ἐρχομέδουσες
Βρεταάδαι· νῦν ὔμμι φάος κάλλιστον, ὀρωρεν.
Ἦ χὸ νῦν πάντως κτὶ μὴν περφερέην τε καὶ ὑγρὴν
Τείψετε δυσμενέας πολέμῳ σκεδάσαντες ὁμίχλην·
Ἠὲ τάχ' Εἰρήνη ὑποδύσεται ἄλιος Ἄρηος.
Τίς χὸ Βελγάων δαμάσει σθένος; Ἠὲ πὶς Ἄγγλων
Ἀντήσει πεζὸς σταλίῃ, φλογερῇς τε βελέμνοις
Χαλκόθεν ἐσυμένοις καὶ ἀπηνέα βόμβον ἰεῖσι;
Τίς Καρόλῳ βασιλῆος ἐναίσιμα χείρας ἐλάσσει;
Οὐδὲ Λέδοικ' Ἰάκωβον ἀρήϊον ὄρχαμον ἀνδρῶν,
Ῥιπτερόν τε Μέγαν χθαμὰς οὔ εἰσότα πάσης;
Τίς καὶ Μογμαθίοιο βαθὺ κλέος ἐν πολέμοισιν
Οἶδε μόνον (πάντεσσι δ' ἀείγνωστον τόδ' ἐπύχθη)
Ὅς φρεσὶ τολμήσει καθ' ἁμὸν δῆριν ἐγείρειν;
Τίς δ' ὃ πολλὰ Λέδοικιν Ὀρέγγιον ἐν δαὶ λυγρῇ
Βελιχὸν Ἡγεμονῆα; Τύδεϊ ἐοικότα πάντα
Μενάξ μὺ φόβος εἰσὶ μέγας· Νῦν δ' ἠδέϊ δεσμῷ
Ἀλλήλοις σφιγχθέντες ἐμοφρονέουσιν ἑταίρῃ
Πῶς ὃ κόσμον ἅπαντα ποδῶν ὕπο χερσὶ βαλοῦσι;
Καὶ πάχα πᾶσι ἔσεσθαι, Μάντιν δέ με πάντες ἐροῦσιν.
Ἦ μάλ', Ἔρως, σέ διὸν γε καλῶς ποιεῖ Ἀοιδὸς
Ἐκ σέο χὸ πελάγεσσι διαλμηδεῖσιν ἀπίσσει
Ἠπείροι ξυνίασι, καὶ Ἕδνεα, πεῖν μάλα πολλὰ
Ἆ, πᾶ Φύσις νόσφιν τε δίχα σταίσι τ' ἀλεγεινά,
Εἰς ἓν Ἔρως ἤνεγκε, δέμνια δ' ἐς ὅλβον ἰκάνει.

Ἰησοῦς ὁ Βαρνεσίε.

In

*In Idem*

## CARMEN NUPTIALE.

ANglia cur jactas? Cur Scotia læta triumphas?
Belgia cur rides? Cur trina hæc Regna repentè
Mutua sic terno testantur gaudia plausu?
Anglia dat responsa Tubis; de Montibus echo
Scotorum venit; exclamant de Littore Belgæ.
Hymen, ô Hymenæe, Hymen ades, ô Hymenæe.
Magnus Amor Divûm; quondam inclytus ille Tuesis
Limes erat nostri, quà sol cadit æquore, regni;
Ulteriora sibi Scotus spatia ampla tenebat:
Tum quoque Magnus Amor MARIÆ de corpore Germen
Pacificum eduxit: Peragunt Connubia Terræ:
Hymen, ô Hymenæe, Hymen ades, ô Hymenæe.
Heroum mirandus Amor: Vasta æquora dudum
Abduxêre procul Belgas de finibus Anglis;
Belga solo semper, sæpè & contrarius armis:
Nunc Herous Amor MARIÆ petit arcta Serenæ
Vincula: Semideûm peragunt Connubia Proles:
Hymen, ô Hymenæe, Hymen ades, ô Hymenæe.
Expectat claros hinc felix Anglia partus;
Angliam & agnoscit jam Belgia fida soro:em:
Scotia amat geminas, geminis redamata vicissim:
CAROLUS in medio Virtutes exerit omnes,
Omnia Regna quibus regit Augustissimus Heros.
Hymen, ô Hymenæe, Hymen ades, ô Hymenæe.

*Joshua Barnes* A. B.
*Eman. Coll.*

Quæ

## *Epithalamium.*

QUæ ſubita intrarunt ſtupidæ ſolatia Muſæ?
Gaudia quæ? qualis ſpiritus, unde cadit?
Spirat tota Deum felix, & Principe nupto
Vivit, viſa ſuos jam didiciſſe ſonos.
Debilis optaret digno Tua prælia cantu,
Defenſosque Tuo Marte referre lares.
Te Duce non puduit Gallos ſuccumbere, Galli
Non potuere manu nobiliore mori.
Dum fruitur Veſtro, trepidat gens barbara, Vultu:
Jam dolet; heu nobis quàm dolor ille placet!
Princeps ſumme ſacros viciſti Martis honores,
Cantentur laudes nunc, Hymenæe, tuæ.
Quem nec Mars bello, nec inermem fata, feroces
Nec poterant Galli vincere, vicit Amor.
Ferrea non poterant, ictum aurea tela dedere;
Vicerunt ipſos aurea tela Deos.
Felix Virgo, frui Tanto potuiſſe Marito,
Felix Dux Sponsâ Te potuiſſe Tuâ.
Vivito ſucceſſumque Tuis ſucceſſibus urge:
Invideat Thalamis Gens inimica Tuis.

*Johannes Sudbury* Aul. Trin. Commenſal.

---

## Ad *Sereniſſimum* Principem Auriacum.

SIccinè caſtra fugis, belli ingentesque tumultus,
Tutior ut thalamos ingrediare Tuos?
Fallor ego; Princeps jam nunc ſua caſtra capeſſit;
In promptu ratio eſt, militat omnis amans.

Ad

## *Epithalamium.*

### Ad *Illuſtriſſimam Heroinam* ac Dominam, Dominam *MARIAM.*

QUi tot difficiles caſus virtute ſubegit
Intrepidâ, belli tanta periſcla tulit,
Ille Tui tandem jactat Captivus haberi;
Et jacet ad Veſtros victus amore pedes.

*F. C. C. E. A. M.*

---

### Heroum à cœlo venientium ad Illuſtriſſimum Conjugum Par Vota Nuptialia.

### *ELIZABETHA ANGLIÆ REGINA.*

BElgarum quondam felix Patrona labantûm,
Atque Eadem Angligenis ſoſpita Diva meis
Hûc venit, ut Genti fauſtas edicat utrique
Quas, etiam Virgo, comprobat Ipſa, faces.
Sponſis Nobilium pulchrum affert omen amorum:
At ſimul invidiam, Regia Nupta, Tibi.
Tu Magno AURIACO Cœli data munere, Belgis
Collapſis, Illâ majus es auxilium.

### *Mauritius* Comes Naſſovienſis, Princeps *Auriacus.*

Nutantis columen ſoli Tibi, Eliſa, ſecundum,
Et corruentis Reſtitutor Belgii,
Par decus Egregio præſentis confirmo Nepoti,
Ex præpotenti Conjugis tantæ pace.

## *Epithalamium.*

Ipſe meis Batavis quantò majora parâſſem,
Si Veſtra tædas dextera armâſſet meas!

*Jacobus* Britanniæ Rex.

Qui Britones à ſe diviſos prædicor uno
Imperio auſpiciis conſociâſſe meis,
Gratulor, accitos æqua ad conſortia Belgas
Auguſto Veſtri fœdere Connubii.

*Carolus* Primus.

Eja, agite, ô ſoboles, Veſtri pia cura Parentis;
Proſpera ſint Anglis gaudia Veſtra meis.
Multum Conjugio Veſtro Pax aurea debet:
Multum Inſtauratæ Relligionis honos.
Non alio auſpicio, mea Lux, mea nata MARIA
Patri, Magne Nepos, nubere viſa Tuo.
Tu, Princeps, memori Egregium virtute Parentem,
Tu Natam referas, Splendida Nupta, meam.

*Pompa. Ducum Principumque.*

Quin cape militiæ pretium, Vir Maxime, Tantæ;
Tantisque dignum præmium victoriis.
Invicta adverſos virtus Tua proterat hoſtes,
Dum Sponſæ amicos nomen Auguſtum paret.
Expectant avidis Vos Belgica littora votis,
Suoſque dudum ſoſpitatores petunt.
Nos, ſocii curſûs, partim Tua Geſta canemus,
Partim beatas efferemus Nuptias.

*Tho. Brown* Coll. Div. *Jo. A.B.*

---

QUæ veſtros celebret Thalamos par Muſa Deorum?
Numina ſex uno fœdere junxit Hymen.

Com-

Componunt Heroa Tonans, Gradivus, Apollo;
In Sponſam coëunt Juno, Minerva, Venus.
Hinc ſociata ſimul Divûm Trias, inde Dearum eſt;
Floreat hæc quanto germine Trigamia!

*Monſey* Aulæ Pem.

---

## De *Principe* Auriaco *in* Angliam *trajiciente.*

CUm peteret *dulces* Princeps Germanus *amores*,
Et tremulis audax jam veheretur aquis;
Sic eſt affatus ſcopulos, nimbosque furentes,
Non vereor tumido naufragus eſſe freto:
Non timeo mediis undis horrentia ſaxa,
Sed rigidam cautem pectore, Nympha, tuo!
Nulla procella mihi miniatur, Regia Virgo,
Si adſpiret vocis lenior aura tuæ!

### *In Nuptias Auſpicatiſſimas.*

LIlia *mixta roſis*, geniali ſpargere lecto
Non opus eſt: adſunt lilia mixta roſis.
Stemmatis excelſi ſunt *Gallica lilia* flores,
*Angliacasque* gerit nobile ſtemma *roſas.*

*O nozze molto venturoſe,*
*E ſtretto aggruppamento,*
*Qual niun vincitore poſſa*
*Col ferro ſegar! legamento,*
*Che non puo eſſer tagliato,*
*Se non per la ſpada del fato!*

Nath. Vincent *A.M. Cõll. ſive*
*Aulæ de Clare S.*

# *Epithalamium.*

QUi medio quondam ſoliti concurrere ponto,
Commiſit populos Pronuba Juno duos.
Intentare Anglis nolint jam prælia Belgæ,
Nec ferient Batavas fulmina noſtra rates.
Militat in Veneris caſtris Naſſovius Heros,
Cedit & Auriaco Sponſa Britanna toro.
Gallos Belga ſimul ſibi nunc ſociavit & Anglos;
Et pacem hanc illi noſtra MARIA tulit.
Nempe avia ex Galla eſt, & nata parentibus Anglis;
Hinc tinxêre genas Lilia mixta Roſis.

*Edv. Wigley* Coll. Magd.
*Commenſalis.*

---

QUæ toties triſtes induta Britannia vultus,
Syrmate lugubri gradiens, mœſtoque cothurno,
Heroum exequias, Auguſtaque funera luxit,
Ploravitque urnas Carolino pulvere fœtas;
Connubio dignata Tuo, Dux Magne, ſuperbis
Greſſibus incedit, nigras exutaque pallas,
Tranquillam pandit faciem, plauſuque ſecundo
Tota fremit, thalamique novos gratatur honores.
Te modò robuſto ſtipatum milite, torvi
Spirantem Martis rabiem, Gallosque prementem,
Caſtra per, æratosque globos, denſasque phalangas,
In portum grata aura vocat; Martique litantem
Invitat Cytherea potens, criſtasque ſuperbas
Inſigni cogit thalamo concedere; Victor
Qui toties fauſto congreſſus prælia Marte,
Captus amore, MARIA, cadit Tibi Victima læta;

Ambit

Ambit inire tuos amplexus æmula quæque
Diva, libensque Venus tantos exoptat honores.
Splendida Tu natu, thalamis tædisque futura
Splendidior, prognata Deis, Divosque datura.
Te quoque, Dux, series proavorum longa Tuorum
Ornat, & innumeræ decorant Tua tempora laurus;
Belgica terra Tuis non sufficit una triumphis,
Quin nova perpetuæ quærens præconia famæ,
Cognatis Britonum hospes ades gratissimus oris;
Hìc Tibi nascuntur laurus, exurgit honorum
Hìc quoque læta seges; num sit Tibi Gloria major
Quàm MARIAM potuisse Tuis duxisse triumphis?
Auspiciis gavisa Tuis, Ter Magne Monarcha,
Patria, devoto solvit Tibi pectore grates;
Ipse faces primùm accendis, tædasque jugales,
Tanta Tuo passim parituras gaudia regno.

Felices thalami! quos par concordia famæ,
Virtutumque chori, & regalia dona beârunt;
Fortunati ambo! sacro quos fœdere junxit
Intemerata fides, & fraudum nescia virtus.
Scande, MARIA, toros, & vincla jugalia necte,
Rumpe moras, Regesque Tuo concede Marito,
Da modò *Carolidas*, mox *Auriacosque* potentes,
Qui proavis digni, proavorum sceptra capessant,
Quorum virtutes *Batavi* venerentur, honore
Excipiant summo mandata, & gesta coronent
Victrices palmæ, & mansuræ gloria famæ.

*Tho. Cudworth*, Coll. Christi.

## *Epithalamium.*

QUis non hæc caneret? quis vates facta taceret?
Quæ satis eloquii cùm referuntur habent?
Angliacæ laurum jam cedit Belgica Tellus,
Se vinci, tantùm, tu patiare, rogat.
Tu decus Anglorum, tu gloria prima MARIA,
Quâ nihil immensus pulchrius orbis habet.
Sic quam Belligeri vicerunt arma Parentis,
Tu formâ subigis, Clara MARIA, tuâ.
Invideat victæ, de te licet Anglia jactet,
Belgia dum radiis stringitur & fruitur.
Angliacæ quantum reliquis præcêre puellæ,
Angliacis tantum, pulchra MARIA, præis.
Haud aliter tanto poteris digna esse Parente,
Haud aliter CAROLI candida neptis eris.
Auriace, haud aliter Princeps te digna fuisset,
Vincere quem unquam fata maligna queunt.
Gallia laurigeros discat reticere triumphos,
Quos tulit insidiis dissidioque Ducum.
Utráque si pendas, tua sunt majora, trophæa;
Fortunæ illius bella geruntur ope;
Tu propè fortunam, Princeps, victisse videris,
Qui potes invicto pectore tanta pati.
Jam dominum agnoscens cedat fortuna necesse est,
Quam tua vel virtus Sponsave pulchra domet.
Quæ fortuna ferat duo fidera talia juncta?
Unius vires si nequit ulla pati.
Cætera quid metuas, tibi dum sit Sponsa MARIA?
Cætera sunt curis inferiora tuis.
Principibus fuit Illa peti dignissima mille,
Inter tot dignus solus & Ipse frui.
Progeniem æqualem Vobis dent fata precamur,
Vobis majorem cùm dare non poterunt.

*Marc. Anthony* Aul. Pemb.

# *Epithalamium.*

SAlve Belgarum Princeps! Dilecte Britannis!
Gentis amore tuæ felix! animisque triumphans
Anglorum! Quos, tu gratissimus Hospes ad oras
Appellens, totos in publica gaudia solvis.
Te colimus promptè memores quo es sanguine cretus,
Téque juvat viso Divam memorare Parentem,
Atque tua CAROLUM venerari in imagine Divum.
Te noster CAROLUS geminum cupit esse Nepotem,
Dux te IACOBUS amat Generum simul atque Nepotem:
Quippe tibi nequeunt majus dare pignus amoris.
Gratus ubi nostras Hymenæus venit ad aures,
Εὐφράτειν Gens tota jubet, pia gaudia miscens:
Rustica lætatur, plaudit Gens Civica, pinum
Succendit, replens festivis ignibus urbem;
His, majora tuis noli Omina quærere tædis.

*Geo. Monson* Coll. Mag.
*Commensalis.*

---

DIc mihi, Magna Venus, quali flagraverit æstu
Auriacus Princeps, quantos & senserit ignes
Insolitos, primùm MARIÆ cùm lumina vidit
Principis, & tremulis faciem lustravit ocellis.
Quàm stupidus fixusque stetit, quàm totus oberrat
In vultus animus, quos nunc miratur amatque.
Quàm ex imis duxit suspiria crebra medullis
Infelix Princeps! quoties vagus itque reditque
Expandens secreta color? Sic, sæve Cupido,
Collimans teneris fixisti spicula fibris.
Quid referam varios gemitus, quàm sæpe beatum

Nomen

Nomen Divæ ultrò recitavit lingua MARIÆ?
Quid lucis longasque moras, oculisque reclusis
Præsentem MARIAM referam? quid & ipse querelas
AURIACI? nunquamnè dies optatus adesse
Festinet? miserum! Quando dabitúrque jugalis
Nox? nunquam? Ah crudelis amor te vincere quisquam
Si poterat! gladio vellem te cædere nostro,
Atque altis cæsorum hominum committere acervis.
Cur nostram requiem turbas, fallacia vota
Suggeris, & vanâ spe me deludis amantem?
Ah me infelicem! MARIAM cur jungere cunctor
Quam pepigi? nunquamnè aderunt connubia nostra?
Sic fatur lacrymans. Simili calet igne MARIA.
Nimirum secum referens formamque animumque
Principis invicti, (quem vel Venus ipsa adamato
Prætulerat puero) quàm tota Cupidine flagrat!
Quàm sitiens Venerem clamat, connubia poscit!
Quid dicam? jam optatus adest hìc, hìc Hymenæus
Classica jam sileant, rauci sonitusque Tubarum
In molles abeant modulos. Jam Mars redimitus
Sertis saltet ovans roseis, epuletur ad ipsas
Excubias Miles. Batavi nunc gurgite pleno
Exsiccent cyathos; mediis & pocula in armis
Plena volent. Nunc lætus adest Aurantius ingens
Sponsa cum Augusta. Laribus non ille profanis
Prodiit, ast ortus è stemmate Diva Stuartûm
Augusto ducit. Tanto quis dignior esset
Sponsa Viro? Regno facies? Gens Belgica florum
Purpureos spargant nimbos, sclopisque sonoris
Æthera concutiant circùm: Lauris redimita
Myrtisque æternos felix cantent Hymenæos.
Jungite felices dextras. Tuque inclyte Princeps

Aggre-

## Epithalamium.

Aggredere Auguſtam ſponſam; Jam Purpura veſtes
Nobilior tingat Tyrias; Impreſſa labellis
Baſia mille ſonent; Thalamos Lucina benigna
Fœcundet veſtros, Proles Auguſta beétque.

*Pitts*, Aulæ Pem.

---

FUlgura jam Cœli Benefacta imitata Britannis
Luce oculos feriunt & repetita cadunt:
Pax leve, Religio munus triviale, videtur;
Maxima nunc Divi dona minoris habent:
Additur ergo Anglis nunc Belgia, Munus & Ipſa:
Quod poterunt Donum dignius Aſtra dare?
Ecce Novum præbent animo Meliore Stuartum:
Sat Fortunata eſt Inſula Noſtra, puto.

*Manſel Ducket* Eman. Coll. Commenſalis.

---

### *Ad Principem in Nuptias ſuas.*

VIciſti Princeps. Jam bellica tela reconde;
Inferior ſpolio eſt Gallia tota Tuo.
Pompa minor fuerat, cùm Graiam Idæa puellam
Helleſpontiacum per Mare cymba tulit.
Nos Tibi victori Pæana, Hymenémque canemus,
Materia eſt famæ Campus, & Aula, Tuæ.
Hinc amor, hinc telum: Tibi & hoc commune Jovique eſt;
Affers ad Dominam fulmen & arma Tuam.

*Egid. Thornburgh.* A. M. C. P. S.

# *Epithalamium.*

## *Ad Principem.*

POst varios casus, Princeps invicte, Triumphos
( Heu nimis invisos Gallis ! ) en Ipse reportas.
His ito Auspiciis, his Gallos vincere possis,
Ad Sponsæque pedes meritò Diademata ponas.

*Johan. Glanvill.* A. M. *Coll. Pet.*

---

DElicium humani generis, fortissime Princeps,
Belgarum columen, veræ virtutis imago,
Et decus Auriacæ stirpis: vestigia tuta
Imples Majorum; superat tua gloria longè
Illos, namque illi quærebant fœdera bello:
At Tu non tantùm bello, sed dignus amore
Fœdus amore facis: junxerunt fœdere septem
Illi Satrapias, junxisti Tu tria Regna
Illis; firmâsti fœdus vincloque jugali.
Quo pede cœpisti, pergas, ter nobilis Heros;
Europam & cogas portas occludere Jani.

*Jacobus Langham*, C. E. *Commensalis.*

---

ORbe fuit quondam divisa Britannia toto;
Orbis erit totus jam juncta Britannia Belgis.

*Edv. Falkner. Coll. Eman.*

Erga

# Epithalamium.

ERga Anglos rabiem ponat Leo Belgicus; Iræ
Sint utrinque procul, jurgia, bella procul.
Faustè utrinque novi data sint cùm pignora amoris,
Plaudat cùm Batavis Anglia, Galle fremas.

*Ja. Monson* Coll. Mag. *Commensalis.*

---

Ἦρα τὶς, εὐπατέρεια κόρη, τεὸν αἶνον ἀείδειν,
Ἢ δύναται θαλάμους, ὦ χαρίεσσα, τεοὺς;
Ἦρα τις εὐγενέος δύναται τὰ γενέθλια παιδὸς
Καὶ χάριτας γλυκεροῖς ὄμμασ' ἐφεζομένας;
Οὐ δέχεται λεπτὴ τὰ μεμιγμένα χάρματ' ἀοιδὴ,
Διοσῷ τ' οἰδαλέην κύματι γηθοσύνην.

*W. Norris* Coll. Trin.

---

SI foret in terris iterum redivivus Apelles,
Et mirâ Venerem pingeret arte novam;
Non alios cuperet vultus imitarier ullos,
Quàm quos, jam felix prole, Ducissa, refers.
Aurea quippe Venus, cùm sis tam pulchra, videris,
Parvulus in gremio dum Tibi ludit Amor.

*R. Bynnes,* Coll. Trin.

---

UT Tu non cedis Marti, Celsissime Princeps,
Exæquat Venerem sic Tua Sponsa Deam:
Tu solus poteras talem meruisse puellam,
Hæc & sola Tuo es digna puella toro.

Ut Patri ſimilis clarus Tu naſceris Heros,
Spero Tibi ſimilem ſic generare queas.
Tu, precor, ô Lucina, adſis, cùm tempora poſcant;
Tuque fave votis, Pronuba Juno, meis.
Felices vivant numeroſâ prole; maritam
Sponſus amet, ſponſum pulchra marita ſuum.

*Gulielm. Hempſon* Coll. Eman.

---

EXſere jam liquido nitidum caput, Anglia, lecto,
Et riſu tingas ſplendidiore genas;
Jam bis felicem ſe noverit Anglia, Patri
Quódque Puer datus eſt, quódque Puella Viro,
Creſce Puer nuptâ felicior orte ſorore,
Tuque tuo creſcas fratre Beata ſoror,
O quàm Nobile Par, duo fulcra futura Britannis,
Ille tibi columen vivet, & illa tibi!
Quòd ſi Ledææ ſortem ferat altera prolis,
Vivet adhuc Princeps, ſemper obire vices.

*Geo. Sitwell* Trin. Coll. Commenſal.

---

VIſcera dum ſciſſæ laniat diſcordia terræ,
Sanguineumque tuens triſtis Erinny fremis;
Noſtra, *Maria*, Venus, tulit hos de pace triumphos;
Gaudentemque Ducem vincere, vicit amor.
E Martis caſtris depulſus frigore Princeps,
Appulit, & Veneris fervida caſtra petit;

Attamen

Attamen ignoto tentatus Marte, ſubactum
Se videt, & duros increpat ille deos.
Quid Venus hiſce malis proprio premis æquore natos?
An ſic in Batavos ſæviet Orta Mari?
At cùm de Cypria me formoſiſſima turma
Vicit, & optatum pectora vulnus habent;
Alta iterum domiti manſueſcunt colla Leonis,
Gaudet & Angliacum Belgia ferre jugum.

*T. Norton,* Coll. Regal. Alum.

---

CUr moras nectis? propera, Paphonque
(Huc vocant jam Te Tua ſacra) linque,
Ocyùs pulchras, Cytherea, jungant
Lora columbas.
Fulta Tritone aut rapidum per æquor
Si vehi malis, Venus alma, pigram
Belluam urgeto, celer & per altum
Labere pontum.
Adſit & Tecum placidus Cupido,
Et toro quotquot geniali adeſſe
Aſſolent, pompam pia nuptialem
Turba celebrans.
Scilicet veſtros hodierna poſcit
Lux choros; feſtivum Hymenæum ovanti
Ore cantetis, properéntque pleno
Gaudia rivo.

# *Epithalamium.*

Vile nec veſtri pretium laboris
Spondeo, mundi decus hic ſtuporque eſt;
Panditur quicquid ſpatioſus uſquam
Jactitat orbis.
Vir viros longè ſuperans, Deabus
Virgo & æqualis, thalamos cupitos
Jam petunt: Noſtræ Auriacus *Mariæ*
Jungitur Heros.
Hunc diem (quo nec Batavis, nec Anglis
Gratior fulſit) celebrate fauſto
Omine: haud unquam eſt data lætioris
Cauſa triumphi.
Nec Tibi acceptum ferimus diei,
Phœbe, ſplendorem; pudibunda condas
Ora quamprimùm, & radio acriori
Victe recedas.
Scilicet noctis pepulit tenebras
Clarius Sponſæ jubar, en refulget
Lumine à Sponſa quoque mutuato
Tæda jugalis.
Huc nurus Anglæ, huc Batavæ venite
Virgines, vota hìc pia nuncupantes
Et Viro, & Nuptæ, unanimes ſalutem
Poſcite cœlos.
Fauſta ſic Vobis quoque comprecabor,
Proximè ut Veſtri thalami parentur,
Adſit & fruſtrà toties vocata
Pronuba Juno.

*Mich. Bate* A. B. Coll. Chriſti.

Seriùs

## *Epithalamium.*

SEriùs à caſtris rediens, æſtuque diurno
Qualiter exuſtus gratas perſolveret Hector
Andromachæ noctique vices, (nam quò foret Ipſe
Plenior irarum, magis indulgebat amori.)
Pulvere ſic nitido Tibi, ſic ſudore decoro
Sola deeſt, Princeps, thalami quæ jure triumphos
Participet, radiis uxor fulgere mariti
Digna, Tibi inventa eſt & quæ reflectere poſſit.
Succeſſum Veſtris quidni lætum augurer armis,
Quem viciſſe priùs quàm conſpexiſſe Puellam
Credibile eſt, ſed quam nec Gallia tota movebat?

### *De nato Principe, & nupta* Principe Mariâ.

DUm contemplamur duo maxima ſidera cœli,
Quod tu ſuſpiciens terra Britanna colis.
Illorum aſpectum atque ortum motumque ſtupemus,
Ut ſtellam Zonæ, Caſſiopeia, tuæ.
(Cùm rerum Aſtronomi mirâ novitate moventur,
Certè mota minùs terra fuiſſe nequit.)
Occidis Heliacè nobis, deſponſa *Mariæ*;
Succedit vicibus ſtella ſuis Chronicè,
Stella loco inſignis, luce inclyta, ſtella proprinquo
Vortice, quæ noſtro, fertur in axe Jovi.
Sidere Belga ſuo vincendi præripit omen,
Anglica terra ſuo pignora pacis habet.
Munus utrumque, *Jacobe*, tuum eſt; Qui lumen & ortum
Sideribus, nobis ſidera & Ipſe dedit.
Virgine ſublatâ hinc, en infans naſcitur aſtrum, et
Nutricis propriè dicitur Ἡγούσαν.

*J. Fawkett* A. B. Trin. Coll.

*In*

## *Epithalamium.*

### *In Nuptias Principis* Auriaci *&* Mariæ.

NUnc Anglos Batavósque novus contexuit Isthmus,
Vincula cui tanti firma dedêre tori:
Tutum utrisque mare est; Pelgis infesta vel Anglis
Sulcabit nostrum nulla carina fretum.
Linquite Dii Picti classes, revirescite Mali,
Sitque iterum vestris sylva decora comis:
Plaude Thetis, quæ non belli jam fulmine tacta,
Amplius, aut flammis pectora tosta geres.

*Gul. Peake.* Coll. Regal.

---

### *Ad Principem* AURIACUM.

SAlve, summe Ducum, Thalamis Augustus & ortu,
Ah quantum est *Carolis* sis ut utrisque nepos!
Scilicet à tanto genus altum sanguine ducis,
Par tibi non alius, cui sociere, fuit.
Macte igitur, Batavis geminum decus addite terris,
Seu fera Bella placent, seu tibi mollis Amor;
Pugnando Galli superantur, amore Britanni,
Hæc Dominum te Gens ambit, & illa timet.

### *Ad Ducem, Duciſſamque Eboracenſem.*

FIlia, Dux, abitu quem sit factura dolorem
Ortu lenivit *Carolus* ecce suo;
Sic Phœbus reparans dispendia grata sororis
Luce resarcivit lumina adempta suâ;

Sic

## *Epithalamium.*

Sic uno avulso ramus non deficit alter
Aureus, & fructu est fertilis usque novo;
Tantum, Magna Parens, tibi debuit *Anglia*, *Belgis*
Quòd Dominam damno præbeat absque suo;
Conjugium & partus felix, hoc jungit utrasque
Terras, imperium dum beat ille triplex;
Musa laborabat priùs, at faustissima Matrum,
Carminibus nostris tu Dea lucis ades.
Sed quid ego hæc vanas impendo in carmina vires,
Et, quantum est subitis casibus, ingenium?
Natales, Thalamosque simul celebrare, fatemur
Nec Musæ, unius nec fore Gentis opus.

*F. Linfeild* Trin. Coll. Soc.

---

## *Ad Regem Christianissimum.*

QUem das Europæ finem, Rex magne, laborum!
Hei mihi, jam Turcis gaudia quanta damus!
Quùm dudum Templum Sophiæ, Sanctumque sepulchrum,
Europæ Spoliis annumeranda forent:
Oppida tot Rheno nimiùm vicina fluenti,
Tot delubra Dei fumus & ignis habent.
Aspicis en quantæ coëant in fœdera Gentes,
Atque Anglos Batavis quàm sociârit Amor?
Quando erit ille dies, quo, Marte facessere jusso,
Cum sociis, Regno, Pax erit æqua tuo?
Westphaliæ, vel Pyrenes in Montibus Æther
Clarior haud fuerat, quàm foret ille dies.

*Rich. Burton* Coll. Div. Joh.
*Commens.*

# *Epithalamium.*

EN ſua *Borbonias* cecinit qui claſſica ad oras
*Aurinca* de ſtirpe *Ducem*, magno en Patre magnum
Exortum decus, en *atavâ* & virtute *Tonantem*!
*Hic ille eſt*, Batavûm qui cùm *Heſperus* occidit orbi,
Grata tenebroſo rediit lux altera cœlo,
Æternumque micans ſtat *Belgico* in æthere *ſidus*;
*Quo* ſua felici cernunt *Rectore* beari
Auſa, atque *attonitis* imponi jura periclis,
Et certas fati leges vexarier armis.
(a) *Hic ille eſt*, cujus *properabant funera* cunas,
Quemque utero urgebat ſubiti mens conſcia fati,
Ultor ut *Herculeis* patrios prodiret in hoſtes,
Parque puer teneris prenſaret viribus angues.
Credere fas erit hinc annon tanta orſa tremendum,
Impavidumque ſtupendumque, *acrem*, & ad omnia magnum
Promiſiſſe Virum? nec enim præludia fallunt,
Sed Superûm ſtat ſancta fides, & Te duce *Princeps*
Diis curæ magis eſt quis? vel quid nomine majus
*Auriaco*? totum latè circumſonat orbem
*Mauritius*, famamque ſuam vix terminat aſtris.
Tuque pari radias *Frederice Henrice* triumphi
Fulgore, emeritumque caput bello exſeris inter
*Scipiadas*, *Deciosque*, & nomina nata triumphis;
Sitque penes Superos (quibus & vix tanta poteſtas)
*Henrico* quisquam virtute ut clarior extet,
Veſtros manſura eſt ſolos ea fama nepotes.
Parcite ſed Divi; nam Veſtra potentia fines
Neſcit, Semideos (modò ſic ſtet veſtra voluntas)
Cœlicolas fore fas: quare *Auguſtiſſime rerum*
Maxima *Naſſoviæ* ſuper-es qui gloria gentis,
Auguſtis Superi valeant quanta addere Virtus

(a) Ita me eſt 9 die poſt patris obitum.

Veſtra

Vestra sonet, superando atavos, dandoque nepotes,
Et *Batavis* proles nè desit Martia castris,
Excussumve jugum referant tibi, *Belgia*, *Iberi*,
Magnorum aut vanos detur cantare labores
Armaque vana ducum; doleat nè nobilis umbra
*Mauritii*, maneant sed cuncta immota, novosque
*Cantaber Auriacos* domitus magis *horreat* enses,
Profer *Sponse* caput; tanto & de sanguine nasci
Quid poterit, *Batavis* dic læta *Britannia*; *Belga*
Dicque *Anglis*, servetque sibi sua *Numina vanus*
*Vana Augur*; dat enim summæ gens utrâque signa
Lætitiæ; & sibi Sponsa Dea est, propriisque beari
Et valet auspiciis, proprioque à Numine quam vult
Poscit opem, *Veneremque* probat se *Sponsa* colendam:
Sed nec *Diva Paphi* nec vult *Cytherea* vocari,
Nec formosa aliud statui sibi vult Dea templum
Quàm quod habet *nullâ arte* erectum in pectore *Sponsi*:
Sicque aras fumare vetat, nisi & ipsa favillas
Foverit, & *sacros* accendi jusserit *ignes*.
His in divinis quàm gaudet legibus uti,
Et casto *Sponsus* sua pectora pandere amori!
Nempe ita *cognatus* urget *vis conscia* flammas,
Acriter ut binæ cupiant coalescere in Unam;
Nec tamen aut dolor est, ubi flammæ viscera flamma
Cuspide transfigat; sed amat sua vulnera miles,
Et rogo militiam quis fortius urget amante?
Jamque iterum *Veneri* junctus *Mars*, & ridendo
Agnoscant Superi thalamos; adamantinus hic est
Nexus, & *Ætnei* puto Numinis arte ligatus;
Si quod fama refert is *acuti* sit Deus *ignis*.
Jamque inter *Sponsam* & Venerem *distinguite* Divi!
Nam licet *Æneadûm* genitrix non sit nova Conjux,

## *Epithalamium.*

Fiet *Arauſiadum*, referetque propago *Mariam*,
Et referet, *Gulielme*, Tuos in caſſide Vultus,
Gaudebitque ſibi tum naſci *Belga Penates*.

*G. Atkinſon.* Trin. Coll.
A. B.

---

NOn ſine conſilio, & manifeſto Numine Divûm
Auriaco nubis, Diva MARIA, Duci;
Munera te Veneris commendant, Martis & illum,
Tuque tuæ decus es gentis, & ille ſuæ;
Te ſolus tantâ dignus fuit ille Maritâ,
Tu ſolâ es tanto digna, MARIA, Viro.
Nec tantùm vobis privata in gaudia cedit,
Aut bona, ſed veſter publica res amor eſt:
Gens amat in vobis, nexuque ligatur eodem,
Atque tenet terras copula veſtra duas;
Et cùm vos capitis nova gaudia, cúmque maritus
Fertur in amplexus, pulchra MARIA, tuos,
Ad ſe viſa etiam ſubitò ſunt littora niti,
Et, quòd ſint moribus diſſociata, queri:
Et vos ſive manus, ſeu jungitis oſcula, præſtant
Inter ſe officium Belgaque & Anglus idem;
Et quæ perpetui ſunt vobis oſcula amoris,
Perpetuæ nobis oſcula pacis erunt.

*Hen. Bowles* Coll. Regal.
*Alumn.*

Peo-

# *Epithalamium.*

## Propempticon

### *Principis* Auriaci *in Patriam cum Conjuge ſuâ Navigaturi.*

SIc & Colchida Virginem
Stipatus Minyis Filius Æſonis
Græcas contulit in Domos,
Aurati Dominam Velleris auream:
His ſed numina Nuptiis
Arriſêre magis lumine proſpero;
Arridet quoque CAROLUS,
Et vultu proprium conciliat mare:
Invitóque abeuntibus
Dat fluctus faciles vix ſine lacrymis.
Velum turget amoribus,
Et blandus Zephyros auget anhelitus:
Hinc Sponſam in Patriam vehas,
Hinc Princeps, abeas hen nimium cito!
Si non Carmina jam Tuæ
At ſaltem comites Vota damus Rati.

*Thomas Briſtowe* Coll. Eman.
*Commenſalis.*

---

MArtyris en CAROLI neptem, natamque JACOBI,
JACOBI, invicti magnanimique Ducis!
O te felicem ter & ampliùs, Inclyte Princeps
Auriace, his thalamis! Conjuge macte novâ.
Ex Matre hac nata, & tali de ſtemmate, Proles,
Sancta erit; incertum, fortis an illa magis.

*Met. Weddell* Mag. Coll. *Commenſ.*

# *Epithalamium.*

PLaudite, Io Britones, Bataviqué ô, plaudite, fœdus
Belga ſuum renovat, gensque Britanna ſuum.
Sidera jam (gaudete) pios meditantur amores,
Vincláque amicitiæ nectit amœna Venus.
Ecce Virum tibi, Virgo, tuis virtutibus æquum!
Commerita eſt tantum ſola Maria Ducem.
Nec foret, in pluvio quamvis deſcenderet auro,
Dignior amplexu Jupiter ipſe tuo.
Aſpice, ut Auriacæ Ductor te gentis adoret,
Inclyta Naſſaviæ fama decúſque ſuæ.
Quem tibi, ſed trifido ſternens priùs æquora ſceptro,
Attulit undiſluum per mare Diva Thetis:
Sic tandem Æneæ freta per Neptunia vecto
Una placet Latio parta puella ſolo:
Sic centum etſi habeat Veneres inſignis Abydos,
Seſta tamen, Juvenis, Nympha petenda tibi eſt.
Tollite jam, Batavi, lætos ad ſidera plauſus,
Et penetrent ſummos gaudia veſtra Polos.
Quid vario ulteriùs laſſas pia numina cultu,
Amſtelis? ecce! tibi jam ſatis unus erit.
Incorrupta tuas properans allabitur oras
Relligio & verâ cum pietate fides.
Caſta venit Charitum Cypris comitante catervâ,
Ducit & ipſa ſuos Virgo pudica choros.
Dum Princeps illo, nuper quo terruit hoſtes,
Jam Dominam arridens excipit ore ſuam,
Palma ejus quondam didicit florere capillis,
Nunc Regale tegunt Myrtea ſerta caput.
Cui Bellona ſolet, præbet ſua tela Cupido,
Quemque olim armavit Mars ferus, armat Amor.
Jamque, Aranſiadæ, dignos ſperate Nepotes,
Qui forti teneant fræna paterna manu:

Fás-

## *Epithalamium.*

Fásque pares vobis nunc expectare puellas,
Quas parit Angliacis terra Britanna ſuis:
Scilicet hunc Virtus, illam ſua Forma coronat,
Atque jacent uno Mársque Venúsque toro.

## *Ad Illuſtriſſimum* Aurangiæ *Principem poſtumam Patris prolem.*

DUx celebris, qui non buſta ipſa ſubire tenebras
Exitiúmve tuo cum genitore ſinis:
Qui, veluti è fœtis Ales Titania flammis,
Parturiente patris naſceris ipſe rogo.
Secula nè ſic veſtra expendere fata ſinantur,
Te modò longævam cernat ut orbis avem:
Nec ſac, ut vitâ mors ſit fœcundior ipsâ,
Sed ſoboli vitam vivus & ipſe dato.
Nec geminus, Phœnix ditet ſed plurimus orbem,
Atque novos natis addito quisque ſuis.
Nec durent tantùm per ſecula longa, ſed illis
Fila vel æternùm Parca benigna trahat.

*Car. Lidgould* Aulæ Clarenſis
*Alumnus.*

---

VÆ Gallis! Juvenis præfervidus impete quali
Per Francos primo vere feretur agros!
Talis cùm pulchrâ Briſeide venit Achilles,
Detrahere Hectoreas acrior exuvias.
Et Pompeianos ſequitur dum Julius ardens,
Cæſareum fovit ſic Cleopatra ſinum.

Væ

## *Epithalamium.*

Væ Gallis iterum! Felix virtute Paternâ
Nupsit IACOBI Filia Nassovio.
Sic, utrinque Duces, populos, devinciet Anglos
Et Batavos arcto fœdere Zona ligans.

*T. Smith* A. B. *Trin. Coll.*

---

NOn tam armis victus Princeps, quàm victus amore,
Angliacæ Auriacus captus amore Deæ.
Et non tam Martis, Veneris quàm vulnera sentit,
Uritur & flammis, parve Cupido, tuis.
Nec minùs Herois jam flagrat amore Batavi
Nympha Britanna: igni en ardet uterque pari.
Sic Par Illustre hoc connectit pronuba Juno,
Immò Fides, firmo & fœdere jungit Amor,
Felices ambo, si quid mea carmina possunt,
Quos sic Conjugium Relligioque ligant.

*Humfr. Dalby* Coll. Mag.

---

UNde hoc, quòd nova stella micat sub Principis ortum?
Scilicet in plaustro CAROLUS alter ovat.

*P. Atkinson.* Trin. Coll.

---

POst varios casus, post tot discrimina belli,
Te, Batavûm Princeps, ecce Cupido petit.
Pulvere campestri consperstum transit, inermem
Occupat, armati nam timet ora Ducis.

Lumina

## *Epithalamium.*

Lumina formoſæ, puero ſunt tela, Mariæ,
His ſolis animum Principis Ille domat.
Sanguinei eſt ſemper ſimplex victoria Martis,
Hìc tamen aſpicias vincere poſſe duos:
Dum commũne gerunt ambo certamen amoris,
Victrix Illa fuit, victor & Ille fuit.

*Guil. Martin.* Coll. Corp. Chriſt.

---

NOn toties fruſtra laſſavimus Æthera votis;
Vota movent durum ſic repetita Jovem:
Res tam grata fuit, vix ut ſperare liceret;
Sed pia nec Superis vota negare licet:
Juncti animis, virtute magis; Par nobile; caſtos
Conſcendunt (nec abeſt Gratia, Juno) toros;
Non tantùm ut jungant alterni fœdus Amoris,
Sed bina ut jungant fœdere regna pari:
Ille immota velut, fixo jam ſtipite, Quercus,
Umbram dat feſſo, dat requiémque Gregi;
Dumque novam virtutem auget, caput inſerit Aſtris;
Famam æquans meritis (ſiqua ſit æqua) ſuis:
Illa velut Vitis, teneris amplexibus Ulmi
Hæret, onuſta uvis Brachia pulchra gerens;
Diſpergens toti fructus & gaudia Terræ;
Nec minus, ô Princeps, veſtra propago Bonum;
Qui ſeris dent Jura Anglis, Solióque Britanno
Sint Proavis (ego nil amplius opto) pares.

*Tho. Spencer* Coll. Regal. Alum.

## *Epithalamium.*

SIc pergis, Princeps invicte, beare Britannos?
Ut petat amplexus pulchra Maria tuos?
In dubio est, utris hinc gloria major, an Anglis,
An Batavis, Genti par an utrique decus.
Nunc pax alma redit, nostris Mars exulat oris,
Quæque maligna prius sidera, fausta micant.
Namque duos populos toties in bella ruentes
Hic tuus æterno fœdere junxit amor.

*Gualterus Burrell* Trin. Coll. Commensalis.

---

## *Ad Principem Mariam.*

QUalem olim excepit tutum post prælia Martem,
Et fessum in gremio fovit amica Venus:
Tu talem, imperii Spes, excipis, unica nostri,
Felici excipias omine, Virgo, precor.
Et si bella Deum faciant, si forma Deamque,
Non minùs Ille Deus, non minùs Ipsa Dea es.
Quantum armis præstat, testetur Flandria; quantum
Pace & Amore viget, Tu modò Testis eris.
Sis æquè tantùm (Princeps) fœtu ubere felix,
Ac formâ; & fueris verior ipsa Venus.

*Gul. Fleetwood* Coll. Regal. Soc.

Inter

## *Epithalamium.*

INter lethales ictus, gemituſque cadentûm,
Clamores inter, terribileſque Tubas,
Eſſe videbaris blandi ſecurus amoris,
Et pharetram Parvi temnere poſſe Dei;
Sed veteris Trojæ, fatique oblita prioris,
Ac Diomedææ Cypria Diva manûs,
Caſtra iterum petiit, ſeſeque immiſcuit armis,
Et pectus leni contigit igne tuum;
Ex illo cœpêre tibi minùs arma placere,
Morteſque, & puro ſub Jove dura quies;
Ducitur armatas ſolitus ductare phalanges,
Et ſupplex Veneris poſcit amator opem;
Captuſque, & vinctus, tenerique ſatelles amoris
Sub Paphiâ nullo militat ære Deâ;
Nec bona ſors olim comes, & victoria præſens
Hâc in re natum deſeruere ſuum.
Bella nec adverſo Mavorte habitura triumphos
Geſſit, & hoc etiam victor ab orbe redit.
Ergo inter laurus creſcat tibi Cypria myrtus,
Atque novo pexas implicet orbe comas.

*Jacobus Clerke* A. M. Coll. Regal. Soc.

# *Epithalamium.*

בחפות הגברת מרים
והגבור נכבר גולים
שר אראוסיים
שיר ידידות

לכו בלכם בשיריכם
בהמחול וקול גרול
וגבל רב והעונג
והנוגנים בתמנים
בהנתן מלאת חן
והוד ההור להגבור
נכסלנו בעינינו
כאור הגר להשמר
יפת תאר כרוב הדר
ונצח עיר לאיש אריר
ואתה נא בקחתנה
בחיקך שים כבור נשים
תהי היא שם וגם תיחם
ויקרת דם לאם מרים
תהי נפן פרי תתן
משמח לב לפרה ערב
לך בניה כמו זיתים
וכשתילים עלי מים
ואחיותם בהחותם
מחטבות כזויות
וזרעך טוב ליום יקרוב
יהי שרים בכל עמים
ומלך רב לאם בטב

Thom. Edwards A. M. Coll. S. Johan.

Hactenus

## *Epithalamium.*

HActenus armatum, Princeps Auguſte, laborem
Sat fuit & belli ſuſtinuiſſe minas.
Jam nova militia auſpiciis agitatur amoris,
In qua vel Mavors prælia inermis init.
Ergo aliis faciles potes extorquere triumphos,
At nunc captivum compede vinxit amor.
Eſt tamen & victo par gloria, cùm ſua victrix
Vulnera, captivo quæ fateatur, habet.
Jungite proinde manus, vincique & vincere læti,
Haſque indivulſo fœdere nectat Hymen.

*Tho. Cheeke* Coll. Regin. Commenſalis.

---

## *In Diem Nuptiarum Papiſticam Conjurationem præcedentem.*

SUſpicit ora ſuæ ſtupefacta Britanna Duciſſæ,
Nec minùs ora Ducis, Belgica Terra, ſui:
Hæc vinclo Lux ſacra pio conjunxit utrúmque,
Et vinclum populo nectit uterque ſuo:
Bis Ter ſacra Dies! quam ſiquis quæreret, Atro
Reſplendens facibus prævenit illa Dolo: * ** Papiſtica Conjuratio.*
Et prior eſt, & jure prior, (licèt Anglia nullam
Illâ majorem ſenſerat antè Diem.)
Detexit ſtrages; aſt Hæc Felicior eſto,
Divina æternæ Pignora Pacis habens.

*Edvardus Huſſey*, Trin. Coll. Commenſal.

## *Epithalamium.*

VEstra beat Belgas proles, Jacobe, Britannos
Vestra; & habet Grates utraque Terra Tibi;
Sed cur jam Patrias Terras, proprioſque Penates
Mutat Naſſovio juncta Maria Viro?
Totus Pelleum juvenem ſi haud ceperit orbis,
Certè Gens Tales non Capit una Duas.

*Idem.*

---

SAnguinei linquens victricia ſigna Gradivi,
Dux Batavûm thalamos jam petit Angliacos.
Sit licèt invictus bello, inquit Cypria proles,
Haud tamen indomitus ſic mea tela feret.
Protinus incendit cæco cor Principis igni,
Quantum trajecti non maris unda premit.
Qui tot ſuſtinuit duri diſcrimina Martis,
Ferre nequit flammas, cæce Cupido, tuas.
Vincitur; at nunquam ſic vinci poſſe dolebit,
Cùm quaſi victoris præmia victus habet.
Digna Cupido ſuo ſic confert munera capto,
Ornat dum Batavos ſponſa Maria toros.

*Guil. Powle* A. B. Aulæ Pem.

---

SEnſêre Angligenæ, ſenſêre faventia Belgæ
Numina, nec duros in ſua vota Deos.
Qui (quo nil majus dare Dii potuêre vel ipſi,
Quo credo melius nil potuiſſe peti.)

Conjunxêre

## *Epithalamium.*

Conjunxêre tibi noſtram, *Gulielme*, *Mariam*,
Conjungi gentes dum voluêre duas.
Hìc, Virtus, vis, forma, decus, pietaſque, pudorque eſt,
Illa puellarum gloria, & Ipſe virûm.
Corporis has, illas animi, indulgentia dotes
Fata dedêre, tuas Ipſe, habet Illa ſuas.
Conjuge Te ſolo ſic digna Maria: Mariâ
Sic quoque Tu ſolus conjuge dignus eras.

*Rob. Clavering* Coll. Regal. Alum.

---

## *In Carolum natum.*

HOrret hyems, nullaſque roſas nec lilia cerno,
Unde petam *Carolo* mollia ſerta meo?
Delia dic, nam ſæpè ſoles per aprica vagari,
Anne potes doni non memor eſſe tui?
Et Veneri reliquiſque Deis das munera grata,
Munera vel ſeros digna videre dies.
At neque ſerta rogo, quaſi non tibi ſerta fuiſſent,
Inque tuis, Princeps, lilia mille genis,
Optamus Flori flores, ut ſæpe comatus
Gaudet adoptivis luxuriare comis;
Sed flores quoſcunque Tibi neget hortus, utraſque
Unitas in Te dum tueare Roſas.

*J. Smalwood* Trin. Coll.

Cùm

# *Epithalamium.*

CUm Tibi, Magne Heros, dicant feliciter omnes,
Mittimus à noſtris gaudia, vota, Scholis;
Et juvet ad Thalamum Muſas audire canentes,
Vocalemque ferat Cynthius ipſe lyram:
Carmine qui gaudet ritus celebrare Jugales,
Et Citharam digito tranſiliente ferit.
Mille modis alii, variâ lætantur & arte,
Granta affert cantus officioſa ſuos:
Quæ non Auriacas acies, non arma Virumque,
Sed, quâ pugnat Amor, vim pharetramque canit.
Naſſovium agnoſcit Victorem Lectus & Enſis,
Emicat immiſtus Marte Cupido genis:
Quodam Naturæ juſſu quem amplexibus ambit,
Nunc Mare, quemque tenet Terra Britanna ſinu:
Sed ſatis amplexu quaſi non monſtrâſſet amorem,
In gremium recipit caſta Maria Suum.
Quàm Proavis ſimilis, *Carolo* quàm plenus uterque!
Regius ecce gerit vultus utramque Roſam.
Hibernum, Scotûm, ac Anglum, duxiſſe Choreas
Quid vetat? Auriacum quùm videt eſſe ſuum:
Belgii & Albionis mirabilis Unio Divis
Viſa eſt, quas ipſis jam dolet eſſe pares;
Exſultant Catti; quoniam imperat altera Tethys
Fluctibus, & ſocias jungit amica Plagas:
Ut Te nos ſalvo, Princeps Auguſte, fruamur,
Et belli rabies parcit, & unda Tibi;
Felix illa dies, Duce Te, quâ Belga triumphos
De Gallis egit, Flander & arma fugat:
Te Duce, ſit felix eadem, quâ expellitur hoſtis
Roma, Reformatis non reditura locis:

Sic

## *Epithalamium.*

Sic hoc Conjugio nobis datur esse beatis,
Perpetuò Angligenis & licet esse piis:
Hæc *Caroli* auspiciis fiunt Connubia, Regni
Cui præsens curæ est atque futura Salus.
Jure Parens Populi nunc diceris, Optime Regum,
Venturis etiam sis Patriæque Pater.
Hinc velit à Mundo divisos esse Britannos,
Reddat felices ut magis ipse Deus;
Pax ubi quemque Virum niveis circumvolat alis,
Cùm Bellum externas vexet ubique domos:
Nam vesana alibi repetit Bellona furores,
Hìc, nisi sit Veneris, nulla sagitta volat:
Rhenus ubi est Tamesi nuptus, fit fortior indè
Rivus, dulcisonis & fluit auctus aquis.
Ergo MARIA, precor, Conjux effundat in orbem
Progeniem, qualem trina Corona manet;
Atque utinam beet hanc Gentem numerosa Propago,
Quæ tot Principibus busta inopina dedit.
Sic placuit Superis reparari funera Regum,
Nè desint terris Sceptra, vel Astra Polis.

*Johannes Hartcliffe*
Coll. Regal.

---

AD MARIÆ thalamos Brittanna per æquora vectum
Te, decus *Auriacum*, Diva Marina videns,
Inter aquas accensa tuo mox carpitur igne;
Agmine lascivo fluctus in ora salit.
Te, crebro gemitu revocat Neptunia; blandos
Quid fugis amplexus? sum Dea virgo, redi.
Ast ubi contemni flammas Dea sensit aquarum,
*Auriaco* minimæ nec subiere faces:

## *Epithalamium.*

Mox irata fremit, Me dedignâre cubili,
Belga? torum ſpreto Numinis igne fugis?
Me tamen haud fugies; ſaltem dabis oſcula, ſpretæ
Cùm teget in liquido te maris ira ſinu;
Aut thalamos tumulumve dabo; ſic rapta furore
Dixit, & horrendis fluctibus urget aquam.
Quò furor? an novus hic pereat Leander in undis?
Æmula nec thalamis hunc ſinet ira frui?
Pone minas; magno major tibi Sponſa paratur
Anglica; tu, Dea, vis nubere? nube pari.
En redit alma quies; unde hoc? Neptunia Virgo
Herois læſi conſcia ſternit aquas.
Vota parùm non miror, ait, valuiſſe; MARIAM
Ambit hic Angliacam; eſt dignior illa toro.
I, thalamos, Auguſte, ejus pete, Sponſe, per undas,
Servat Terra tibi (quis putet?) Angla parem.
Cedo ego victa: dedit quales hæc palma Triumphos!
Quanta eſt quæ ſuperet Sponſa MARIA Deos!

*Monſey* Aulæ Pem.

---

## *In Cognatorum Principum Nuptias.*

AUguſto CAROLI natam de ſanguine ſtirpem
Duxit in amplexus ſtirps CAROLINA ſacros:
Sic fluvii ad fontes, Tameſis ſic tramite cæco
In ſeſe remeans perpetuo amne tumet.
Plaudite Brittanni, namque hinc ceu fonte perenni
Non deerit CAROLO Regia Progenies.

# *Epithalamium.*

## *In Nuptias die Principis natali celebratas.*

QUàm benè natalem Genialis pompa decebat,
Cùm ſit natales illa datura novos!

*S^r John Becher* Coll. Regin.
*Commenſalis.*

---

## *In Nuptias auſpicatiſſimas* GUILIELMI *Principis* Auriaci, *&* D. MARIÆ *Filiæ Ducis Eboracenſis.*

DUm vaſta mundi machina lubrici
Hinc indè conflagrata tonitruis
Belli laborat, víſque magnas
Magna rapit (rapietque) gentes:
Dum vexat & Victoria mobiles
Laſciva currus, atque reciproco
Se volvit æſtu, fòrs ſuperbis
Exitium meditata regnis:
En! ſe Britannis Pax pretioſior
Diffundit, almum ceu jubar aurei
Temone Phœbi jactitatum,
Cùm faciem Gelaſinus ornat.
Jam diſſecatos plus vice ſimplici
Nos orbe remur: queîs adamantinam
Fixit Deus Tranquillitatem,
Otiaque inviolanda fecit.
Pax en Batavos fœdere mutuo
Jungit Britannis: Principis æſtuant

# *Epithalamium.*

Nubentis æquâ utrique flammâ,
Et populus populum procatur.
Platea feſto quæque tripudiat
Haud ſimplici; ſed lætitiæ modo
Intercalari complicamus
Principis, & thalamos Popelli.
Huc aureorum turba Cupidinum,
Accurre lætis ambitionibus:
Huc Dii Deæque amœnitatum,
Paſſibus advolitate promtis.
Deſcende Apollo, plectra ſonantia
Lætus reſumas; carmine donicùm
Et gaudiis ſiccâris omnem
Continuis Heliconis undam.
Hìc en! duûm miracula Principum,
Hìc en! duûm miracula Conjugum,
Hìc Cœlitum mirac'la: in una
Talia quis Duo vidit aula?
Qualis ſuperbit Cynthia ſtellulas
Inter minores; lampade cùm micans
Argenteâ, concinna blando
Oceano ſpeculatur ora:
Sic, ſic renidens innumerabili
Gemmâ Mariæ prænitet omnibus
Frons; Virginum vincit catervas,
Et niveas Charitum choreas.
Sic fulget, etſi neſcia perpeti
Eclipſin ullam; Baſia dum ſuæ
Phœbus venuſtis uſque Phœbes
Arctiùs ingeminat labellis.
Nam ceu capillis ſe levat aureis,
Gaudente Mundo, ſol reſerans diem;

Sic

Sic; sic coruscat præter omnes
Auricomo decoratus ore
Auranchii Princeps: ubi Martis, &
Commixta ludunt tela Cupidinis;
Hæc Conjugem dum dulcè figunt,
Illa feras penetrant Phalangas.
Sive Ille vastos eruet aggeres,
Non invenusto pulvere sordidus,
Ritúque Mavortis, triumphans
Attonitas populabit urbes;
Sive obsidendas agmine bellico
Describet arces, valláque turribus
Firmata defendet superbis,
Intrepidus globulûm procellis;
Seu ferrei Mavortis militis
Vexilla ducet, fervidus ac dabit
Pugnam, repentinâque cæde
Præcipites glomerabit hostes;
Te mente, Princeps optuma Principum,
Te spectat, & te vocibus invocat
Mellitulis: dum te adjuvante,
Rejicit innumeras Minervas.
O Diva, formidabilis arbitra
Belli, Quietis candida candidæ
Custos! perennes nomen; ullam
Nè sciat id taciturnitatem.
Stirpem perennes prodiga; fœnore
Haud pœnitendo, dum propè Conjugis
Tu Partubus signas Triumphos,
Ille Genethliacos Triumphis:
Ut fœta multo Principe Curiam
Stipare possis: dum trepidaverit

# *Epithalamium.*

Orbis revolvens, quas ruinas,
Quas, Dea, Tu meditare clades.

*Ed. Spence* Coll. Jes. *Alum.*

---

QUàm benè consuluit series justissima rerum!
Occurrunt nostris quàm benè fata malis!
Terra Britanna dolet miserè Te mœsta, suisque
Cogitur amissam flere, MARIA, jugis.
Belgia Te capiet; ter felix Belgia; tellus
Jam tandem vestris invidet Angla plagis.
Invidet ereptam tibi ita invidet illa MARIAM;
Ast illi est etiam, Belga, quòd invideas.
Amissâ lætus datus est, pro Principe, Princeps,
Unum illo majus munere munus habet.
Gratulor indè Tibi, Princeps celeberrime, faustum
Esse Patrem Grantæ Nassaviique Ducis.
Gaudeat & Lucem, atque illustrem Musa Maritum
Nate Puelle Tibi; Nupta Puella Tibi.
Quàm benè consuluit sors in discrimine tanto!
Lætitiâ lacrymas temperat æqua Tuas;
Nam tolerare, esset nisi discessura Puella,
Nascentis Pueri gaudia quis poterat?
Aut ferre absentem natam, nisi Principis orti
Lætitia ingratum mista levaret onus?
Rectè igitur justæ & benè consuluêre Sorores,
Atque novum stirpi substituêre decus.
Stirps illa arbos ceu viret & diffusa Britannos
Paci mandatos protegit umbra Tuos.
Florenti cùm sit translatus ab arbore ramus,
Quo florere potest, aureus alter adest.

Aurea-

## *Epithalamium.*

Aureaque Angliacis hæc floreat Arbor in hortis,
Et rutilas jactet ſole rubente comas.
Arbos aurifera & multùm cantata Poëtis,
Æterna & ramis non minùs illa Tuis.

*J. Cooper* Trin. Coll.

---

HÆc nova quæ vatem divino Muſica cantu
Excitat attonitum, plenoque choreumate pectus
Complet, & inflatos vario modulamine nervos
Improviſa ciet, ſtimulisque ingentibus urget:
En! Phœbus ſua plectra movet; cœloque novenâ
Lampade deſcendunt, & acutâ voce, Camœnæ.
Scilicet iſta Tuo, Princeps Celſiſſime, (cujus
Auſpiciis floret, quo vindice Belga triumphat,)
Connubia iſta Tuo Symphonia ſacra paratur.
Te Chorus iſte canit, lætisque accentibus æther
Concinit, & claro ſonuerunt carmine montes.
Quin omnes Veneres, atque omnes Gratia cunctis
Miſta Cupidinibus, blandi riſusque, jocique,
Et Lucina, & Hymen, Bacchusque, & pronuba Juno,
Diique Deæque omnes tranatis nubibus adſunt,
Et lætum Pæana canunt, ducuntque choreas.
Haud alio certè celebrari debuit illud
Connubium cœtu, quo formoſiſſima Princeps,
Et Princeps bello longè fortiſſimus, uno
Juncti ſunt Thalamo; quo non illuſtrius unquam
Nobiliusve fuit: Spectes utriusque licebit
Virtutesve, (animi ornamenta decentia magni,)
Auguſtumve genus, Regali è ſanguine cretum.
Illa nitet formâ quæ, tanti Principis ignes

Alli-

Alliciendo fuit; vultu supereminet omnes
Vel quas Roma colit, vel mendax Græcia jactat.
Par formæ pietas, altæ solertia mentis,
Et vigor ingenii, stirpisque insignis origo,
Insuper accessit, quæ si non nata fuisset
Principibus, poterat vel Principe digna videri.
Nec minùs est clarus, minùs aut spectabilis alter,
Os humerosque Deo similis: namque Ille juventæ
Lumine purpureo incedit, fulgetque decorâ
Cæsarie, lætoque oculorum afflatur honore.
Qui cùm magnorum pariter sit magna parentum
Progenies, summisque à matris parte creatus
Regibus, haud potuit thalamos meruisse minores.
Non illo quisquam bello præstantior heros,
Militiâve prior; seu cùm munimine forti
Obsessam cingit patriam, & defendit ab armis
Intensis populum afflictum; seu cominùs hostem
Aggreditur, campisque acer concurrit apertis.
Nec tamen in castris unquam meliore videtur
Successu potuisse frui, spoliumve tulisse
Amplius, illecebris quàm cùm precibusque petitæ
Vicerat innumeris pectusque animumque Mariæ.
I, Princeps, dignos curru plaudente triumphos
Celsus agas, tantâ magè lætus conjuge Victor,
Quàm si tota Tuis succumbat Gallia telis.
At, Tu ter felix tam magni Principis Uxor,
Quo Te nunc memorem cantu! quo carmine dignam
Te dicam, nuper virgo, mox pignore multo
Auriacos auctura toros? Tu tempora nobis
Aurea dans, Anglosque simul Batavosque beâsti
Connubio, per quod jam Belgia & Anglia (Regna
Maxima) sunt uno sociali fœdere nexa;

Fœdere,

Fœdere, quod non extorſit victoria fuſo
Sanguine, non gladii elicuêre atque arma, metuſve
Compoſuit, ſed lætus Hymen, concordia junxit,
Sanxit Amor; quod (certa modò, & modò vera Poetæ
Si canimus,) Semper fixumque ratumqe manebit.
Jamque quòd inflantur pleno mihi pectora Phœbo,
Pieriuſque animo calor inſidet, intima pandam
Fatorum ſecreta, futuraque ſecula dicam.
Tempus erit, cùm Tu, facilis Lucina, Mariæ
Laxabis diſtentum uterum; primoque Venuſtus
Naſcetur partu Princeps, nomenque Paternum
Accipiet, ſtudiiſque etiam accendetur eiſdem:
Namque armis belloque potens erit, & ſua victor
Imperia extendet latè; Bataviſque ſalutem
Oppreſſis vitamque feret; patriiſque repulſos
Arcebit terris, & funditùs obruet, hoſtes.
Quin & Maternæ Stirpis memor uſque, Britannos
Mente feret pacatâ omnes, animoque benigno
Tractabit; nullo diſcrimine habebitur illi
Angluſve aut Batavus. Quin jam, nos Principe tanto
(Nam ſic fata volunt) prægnantem vidimus annum.

*Chriſtophorus Wyvill*; Baronetti Filius, Art. Mag. Trin. Coll. Soc.

## *Epithalamium.*

Gaudia quanta orbi Connubia ſacra tulêre,
Ulnitum quando Par nobile, Arauſius Heros
Lux Batavûm, & flos Angliadum formoſa Maria,
Illuſtres animæ, & Regali ſanguine cretæ!
En toto nuper pugnabant æquore Belgæ;
Littora tum belli reſonabant fulmine: ſed jam
Miſſa per hos Thalamos Anglis pax atque Batavis.
Unde per innumera, hæc durabunt fœdera nobis,
Secula, nec noſtrum diſſolvet Gallia nodum.

Magna Britannia, jam, magno ducente Mariam,
Auriaco, Genti eſt cognata & amica Batavo.
Uri ergo pariter Pæana & in urbe ſonantes,
Ingentique hoc carmen & unâ voce canamus,
Anglia jam Belgas, jam Belgia proteget Anglos.

*Conj.* Coll. Eman.

---

TErrarum toto diviſit ab orbe Britannos
Æſtibus & ſaxis invidioſa Thetis;
Sed molimen aquæ Scopulûmque repagula fregit,
Tranſiluitque undas & freta lætus Hymen:
Fit ſponſus Dominæ Batavus Dux inde Mariæ,
Et Batavo Princeps Sponſa Maria Duci.
Naturæ invidiam & fluctus irriſit inanes,
Et ludens multo cum ſale dixit Hymen:
Dividere Oceano nunc hos gravis unda laboret,
Quos uno junxi Sanguine, Corde, Toro.

*Gabr. Woodroffe* A. B. Aulæ Pem.

Poſt

## Epithalamium.

POst belli nimbos, Princeps, Martisque procellas,
Allicit ad sua Te castra serenus Amor.
Sæpe aliunde licet peregrinos viceris hostes,
Dirior à nostro victore palma Tibi est.
Regalem scandis conspersus sanguine Lectum,
Sic suam in occasu Sol rubet ante Thetin.
Connubiale pares unit dum fœdus, eundem
Legitimè decorant Marsque Venusque torum.
Læti nos Hymenæum agimus, Plebs tota triumphat,
Et felix unâ voce sonatur Hymen.
Audit hoc utero claustrisque coercitus Infans,
Mox & onus Matri desit esse suæ.
Discessum magis æqua ferat nunc Anglia Natæ,
Cùm dederit nobis sors magis æqua Marem.
Vix abitum patimur, sed novimus orbe in eodem
Cum Fraure haud Phœben posse micare suo.

*Aldrovandus Everard* Trin. Coll.

---

PErgite vos Nautæ fato meliore per undas,
Anglos jam Belgis fœdere junxit Amor.
Carolus, & Batavus dominatur in æquore Princeps:
Apparent Gemini, per mare certa salus.

*N. Mannoch* Coll. Eman.

Virtuti & Genio
GULIELMI & MARIÆ Sacrum.
Hic Jacet nobile par Juvenum,
I, Lector, & mirare
Inſperati amoris fatum.
Venit, Vidit alter, vicit Altera
Succubuitque ſtatim victo.

Quam ſuaviter hinc & hinc quieſcunt!
Quam mollis thalamus! (dii deæque)
Quis mortalium
Sic nollet emori, ſic deperire?
Vale Vir, & Quæ propter dormis,
Et Quas habet Comes Naſſovienſis,
Sint Tibi terræ leves, O MARIA.

MIraris ſpeciem funebrem? fallere. Non hæc
Fax, Libitina, tua eſt; verùm, Hymenæe, tua.
Eſſe Ligam, & fœdus, Lector, Solenne putabis
Ictum inter lectos ſcilicet & tumulos.
Sive etenim buſtum, vel ſi connubia ſpectes,
Par jacet in tumulis, Par jacet in thalamis.

*T. Man* A. B. Coll. Jeſ. *Soc.*

Ad

# *Epithalamium.*

## *Ad Principem MARIAM.*

COnjugium vobis fauſtum, optatumque Britannis,
Nil, conſanguinitas, quod remoretur, habet;
Aut aliter, ſemper jacuiſſes frigida Lecto,
Orba Tui: Sponſi, ſcilicet, Orba tui;
Nimirum indignus, Caroli de ſtirpe, Maritæ:
Qui non à Carolo Nobilitatur Avo.

*Joh. Horſnell* Coll. Regal: *Soc.*

## *Ad Principem AURIACUM.*

NE Tibi turpe, tuis Batavis, caſtriſque relictis,
Rupibus Albionis vela dediſſe, putes;
Officium Bellantis (habet ſua Caſtra Cupido)
Hic agis, & tanto Principe digna facis.
Nobile quid, ruere in pugnas Ardore furenti:
Nobilior tamen eſt pectoris Ignis, Amor.

*Idem.*

---

EXſpectata diu tandem rediêre Britannis
Gaudia, quæ tacitis agitant præcordia flammis,
Præcipitantque cito prægnantes ſanguine venas:
Hæc tua ſunt, Juno, cui vincla jugalia curæ,
Munera, digna Deâ quæ ſunt, ac grata Britannis.

## *Epithalamium.*

Pergito Dux, gentis decus immortale Batavæ;
Qui jam bella geris multos habitura triumphos:
Prælia nec fauſtis careant ſucceſſibus, opto.
Et meritò Tibi gratamur quoque, Dia Maria,
Auguſto conjuncta viro, Tu Regibus orta,
Nec virtute minùs quàm ſtirpe & ſanguine clara,
Virgo, pari quæ ſola cares, ſemperque carebis
Nympharum in turbâ, tali & quæ Conjuge digna.
Flectamus Superos, oneremus & æthera votis:
Fœdera ut æternùm veſtri ſerventur amoris;
Utque toris Juno quæ præſidet alma maritis,
Conjugio ſociet ſtabili, det tempora feſta,
Felices faciat generosâ prole Parentes.

*Tob. Harvey* Aul. Clar.
*Commenſalis.*

---

## *Ad Regem.*

HAud ullum (Rex) ſtemma Tuo par mundus habebat:
Ergo pares ſi vis jungere, junge Tuos.
Et quid ni jungas, cùm orbem ſic junxeris orbi,
Feceris & Reges ſanguinis eſſe Tui?
Sic, propè quod natura nequit, Tu maxime Regum,
Angliaco Batavum jungis ubique ſolum.

---

## *Ad Principem* Auriacum.

En quantum eſt (Princeps) Carolinam ducere ſtirpem,
Inque Tuo volvi grandia regna ſinu!
Scilicet eſt Veſtrum Reges generare futuros,
Qui mundi extremi ſecula longa regant.
Id Caroli decus, ut ſua ſtirps concluderet orbem,
Per Te quòd claudat feceris eſſe Tuum.

*Ri. Ward.* Coll. Chriſt.

## *Epithalamium.*

COmmotos vidit furibundo Marte tumultus,
Et sua contemni Numina vidit Amor,
Vidit, & iratus, solúsne erit Ille timendus,
Et, quia crudelis, Maximus Ille Deus?
Dixit, & è gravidâ traxit duo tela pharetrâ,
Sed non invisam tela datura necem;
Quâque sibi patuit pulcherrima meta, sagittas,
Et non incertas, ejaculatur Amor:
Hæc Ducis Auriaci pectus ferit, illa Mariæ,
Ex auro felix utraque cuspis erat;
Sed nè dura nimis videantur vulnera, durum
Hunc quoque nè dicant, qui dedit illa, Deum;
Fecit ut Auriacus sit Dux pia cura Mariæ,
Utque sit Auriaco cura Maria Duci:
Mutua cura duos felices fecit, & unum
Æternùm faciat mutua cura duos:
Usus es innocuis, Amor, ô feliciter armis,
Utere sic armis sæpe, Cupido, tuis.

*Guil. Hildesly* Coll. Regal. *Alumn.*

---

UT solet è propriis Mars se subducere castris,
Pulchræ admissurus mollia jura Deæ;
Oscula mox Veneri, cera pacis pignora, libat,
Quo terris omen gratius esse nequit:
Sic tu depositis, Princeps, paulisper & armis
In gremium Sponsæ funderis ipse Tuæ,
Ardoresque inter belli gliscentis, amoris
Ostendis blandis ignibus esse locum.

Omina

# *Epithalamium.*

Omina fausta canunt Musæ, licèt estis utróque
Conjuncti nexu, sanguinis atque tori;
Sic quia digna Deo deerant connubia, Juno
Et Soror & Conjux dicitur esse Jovis.

*Richardson* Aulæ Pem.

---

Musa age, dic vati quonam resupina sub antro
Fama cubat somno molli constricta, novorum
Fœta, soporiferos I tandem abrumpito somnos;
Cælorum ascendat flammantes illa quadrigas,
Principis & gemino connubia nuntiet orbi.
Nempe dies optatus adest, quo Principis ipsis
In triviis clamatur Hymen, quo concita gaudent
Oppida, nec dubiâ quisquam sua gaudia fronte
Dissimulat, rutilant flammis genialibus arces,
Dat lætos campana sonos, Venerisque potentis
Innumeris populi cumulant altaria donis.
Digna hæc quæ totas memoret sublata per auras.
Scilicet haud alius decerpere præmia famæ
Dignior, ingentes seu quem numerare triumphos,
Claraque facta patrum; seu undantes sanguine campos
Fortè referre juvat, seu consecrata camœnis
Otia, nemo illi terreno è semine cretus
Audet divinæ contendere munere formæ;
Quem decor exornat, roseisque affusa labellis
Gratia, cui Batavum felicia sidera spondent
Jam fore victorem longæva in secla Leonem.
Ergo armis invicte Heros, age, pone querelas
Quòd durum permensus iter, cùm grande laboris
Incepti pretium fers, quod si prisca tulissent

Secula,

Secula, ſpreviſſent Superi Ledamque Europamque,
Atque alias vates quas formavere puellas,
Inque iſtam veris cecidiſſent numina formis;
Illa quidem digna eſt cui vel poma aurea Paſtor
Donaret Phrygius, vel conjurata repoſcat
Græcia ſerratas acuens in bella phalanges.
Quid loquar ipſius faciem, clarúmque venuſtâ
Virginitate decus, caſtúmque in fronte pudorem,
Sidereosque orbes, radiataque lumina cælo,
Regalesque habitus, majeſtatemque verendam?
Tota decens, tota eſt nativis fulgida gemmis,
Illuſtrans facie cultum, facieque decorâ
Pulchrior eſt animus. Tibi, Dux, en ducitur Uxor,
Uxor quam multa formavit Pallas ab arte,
Quam docuit Diana ſuos caſtiſſima mores.
Cui pudor, & lepido ſubridens gratia nexu,
Ingenuusque decor, pulchróque in corpore virtus
Nobile conciliant pretium; quam provida ſortis
Numina venturæ tibi ſepoſuiſſe videntur.
Moſa caput tollas, bifido nunc Moſa meatu
Plenus eas, undisque ſeces majoribus agros;
Illa tuas viſet ripas, fœcundaque Rheni
Oſtia, ubi toties celebravit Belga triumphos
Marte potens, viresque trucis convulſit Iberi;
Sique novâ Batavi ſuſceptâ lite cruorem
Angliacum ſitient, ſi rurſus priſca caleſcent
De pelagi imperio redivivi incendia belli;
Illa virago potens gladios hinc inde minaces
Gentibus excutiet, populi minuetque furores.
Cognatas acies mediæ ut junxêre Sabinæ;
Julia ut audacis traxit molimina Magni,
Nec generum ſocero paſſa eſt concurrere Virgo.
Ad te felicis præſagia proſpera lecti

## *Epithalamium.*

Princeps magne juvent, & cùm te ſponſa maritum
Jam fecit, ſtabilis ſociet concordia vitæ,
Et thalamis ſervata fides; tibi, Clare virorum
Sic faveat fortuna tori! ſint integra vitæ
Gaudia, quæ nullum diſturbet turbine fatum
Nec damnet nocitura dies, procul atra faceſſant
Nubila, floreſcat longùm tibi forma Mariæ,
Nec vobis alias decernant numina tædas.

*George Coater* Coll. Jeſ. *Alumn.*

---

## *In Nuptias Principis* Auriaci *Die ſuo Natali conſummatas.*

Cùm jam ter nonum Princeps compleverit annum,
Æquâritque annis clara Trophæa ſuis;
Cùmque ſua haud Marti tantùm pulchræque Dianæ
Sacra, ſed & Muſis fecerat Ipſe novem;
Indignata Venus, nos tantùm ſpernimur, inquit?
Crede mihi, Victor non erit uſque Leo:
Dixit, eumque alto mactavit vulnere; nec jam
Te vinci, Victor Magne, negare potes.
Jamque ſuas artes ridet Cytherea, triumphat
Victor Amor, gaudet nec nova Nupta minùs:
Ipſe ſed imprimis lætatur Sponſus, haberi
Nempe hic (& meritò) Victor ubique poteſt,
Scilicet in patria Martis bellique triumphos,
Hinc almæ Pacis læta Trophæa refert.
Cúmque tot evaſit vicinas undique mortes,
Natali Sponſam vult ſibi Luce dari:

Atque

## *Epithalamium.*

Atque utinam videat tot Natos, totque Nepotes,
In se quot Luces Annuus Orbis habet.

*Henr. Savage*, A.B. Coll. Regal. *Socius.*

---

### *In Nuptias circa 5 Novemb. celebratas.*

SAlve, festa dies, vel luce sacratior illâ,
Quâ Romæ fraudes lusimus atque dolos.
Illa dies fermè miseros disjunxerat Anglos,
Felices jungit nunc tamen illa dies.
Jure maritali coeunt Belgæ atque Britanni,
Quos malè divisos Roma maligna cupit;
Sed frustrà cupit; hæc etenim Connubia sacra
Artes Romanas spesque valere jubent.
Felix conjugium, quo Relligioque Salusque
Nostra per æternos est stabilita dies.

*Newbery* Coll. Magd.

---

PRinceps, Nassovii nobile stemmatis
Germen, magnificis quem spoliis gravem
Miratur regio Belgica, nobili
Salve Conjuge felix.
Lethalem gladium, cassida sanguine
Hostili madidam, Martiam & exue
Loricam, teneræ ducere Cypridis
Jussus prælia divæ.
Absint jam thalamis tympana, bellicæ
Cessent inde tubæ, nec litui strepant,
Nec somnos trucibus discutiat leves
Miles Gallicus armis.

*Car. Cleeve* Sid. Coll. *Alumn.*

# *Epithalamium.*

QUàm bene finitur malè cœptus Martius annus?
Succeſſit votis quàm bene, Belga, tuis?
Hiſpanos fruſtrà nunc jactes, Galle, triumphos,
Quæque patent armis Oppida capta tuis.
Auraſiæ Princeps feliciùs exuit arma,
Quàm tu cepiſti, Rex Ludovice, tua.
Hunc conſanguineo recipit poſt tædia belli
Filia JACOBI Regia Virgo ſinu.
Dumque fovet caſto cognatas pectore flammas,
Nupturæ trepidat Virginis iſte Pudor.
Europæ mundique ſalus has Pronuba tedas
Accendit, ſimul & Connubialis Amor.
Salve majores Princeps latura triumphos,
Quàm ſi armis cedat Gallia victa tuis.
Et belli Tu fulmen eras, Pacisque futuræ
Spes & depoſitum ſola MARIA fuit.
Quàm benè priſcus honos in ſtemmate fulget utróque!
Regibus hæc, Satrapis illa repleta domus.
Fortis utrinque parens, Mavortia ſurgit utrinque
Nobilitas, bello, pace, timenda, potens.
JACOBI hinc CAROLIque Duo, duo nomina Marti
Intima, Mercurio nec duo nota minùs.
Nec minùs & Tua, quàm Pompeii aut Cæſaris arma,
CAROLE, per terras poſtera fama vehet.
Sæpè triumphatum celebratis claſſibus æquor
Imperium agnovit, DUX IACOBE, Tuum.
Et terrâ pelagóque potens victricia virtus
Signa tulit, ſociis proſpera, tuta ſuis.
Illinc MAURITIUS, FREDERICUS & acer in armis,
Hiſpanis quantus Terror uterque fuit!
Belgica Naſſovio libertas vulnera parta eſt,
Hactenus atque illo ſanguine tuta ſtetit.

Defen-

## *Epithalamium.*

Defenſam patriam, pugnataque prælia dextrâ
Annales referent, Dux Guilielme, tuâ.
Ex hoc Conjugio qualis ſperanda ſit olim
Quæ referat Proavos ſtirps generoſa tuos!
Duplex Nobilitas, & Mars in utroque parente,
Nobile venturum finget ad arma genus.
Qui face vicinos hoſtes ferroque ſequetur
Naſſovius veniet; Dic mihi Qualis erit!
Sic olim verſis lugebit Gallia fatis,
Anglia cum Batavis dividet imperium.

*Georgius Oxinden* L. B. & A.M.
Aul. *Trin. Soc.*

---

EXhauſtas bello triſtis Cythereîa terras,
Everſasque urbes, Europæque arva relicta,
Sanguineoque alveo tumidum decurrere Rhenum
Viderat, & placido miſcens ſuſpiria riſu,
Num mihi tam facile eſt, inquit, Gradive, triumphos
Aſpectare tuos, nec læſum agnoſcere Numen,
Extinctosque ſacros non indignarier ignes?
Hoc Veneri meruiſſe æquum, quæ Martis amore
Vulcanum clypeos fabricantem montibus Ætnæ
Deluſit toties? noſtrique hæc præmia furti?
Parce precor mortale genus diſcordibus armis
Vaſtare ulteriùs; ſat nota potentia Martis.
Jam tempus renovare orbem, viræque ſtudere
Muneribus, longi reparare & funera belli.
Dixit; & ætherias deſcendit lapſa per auras,
Arteſiamque petit, tunc cùm Borbonia caſtra

Audomari ſacrum cingebant undique Fanum,
Auriacúmque videns Juvenem fulgentibus armis
Urbis ad auxilium Batavorum ducere turmas,
Sic ſemper me ludis, ait? totamque juventam
Hoſce inter ſtrepitus perdes gladiique furores?
Bellica jam ſatis eſt virtus tua nota per orbem,
Experti narrant Hoſtes quos milite pauco
Hærentes Batavis pepuliſti Victor ab oris.
Imperio nunc cede meo, belliſque relictis,
Oſtendas, noſtris quàm fis tu fortis in armis.
Inſpirat venis placidum ſic fata venenum,
Et priùs ignotos accendit in oſſibus ignes.
Uritur infelix abſentis imagine Princeps,
Inſolitumque animo depellere tentat amorem,
Sed fruſtrá tentat, ſic fortiùs hæret arundo,
Et magis augetur vulnus, refugitque ſalutem.
Erumpunt quoties ſuſpiria miſta querelis?
Quotque imo veniunt gemitus è pectore triſtes?
In Mariam mens tota ruit, ſeu tendat in hoſtem
Gallorumque acer diſrumpat prælia ferro,
Seu miſerum teneant niveis tentoria velis
Volventem curas & ſecum multa dolentem.
Illam oculis geſtat ſemper, denſiſque tenebris
Præſentem credit, mediamque amplectitur umbram,
Falſaque deluſam vexant Inſomnia mentem.
Senſerat, Angliacum, Cæſar, qui temperat orbem,
Commiſeranſque animo Cognatum, ac aſpera fata,
Quod voluit ſperare jubet, ſpondenſque Mariam,
Invitat caſti lætum ad connubia lecti.
Quàm juvat Angliacas ſpectare è littore puppes,
Veliferaſque domos Batavis accedere terris?
Ardet abire procus, confeſtimque inſilit alnó,

Vento-

# *Epithalamium.*

Ventorum culpátque moras, atque increpat undas,
Quòd festinantem prohibent, & gaudia tardant.
Intereà quantis festiva Britannia votis
Exultat, quantâ celebrat sponsalia pompâ.
Miscentur plebi proceres, confusaque turba
Discurrit medios nullo discrimine vicos
Lætitiam testata suam, clamore replentur
Omnia, & innumeræ lucent per compita flammæ.
Tædarum auratos video trepidare capillos,
Gestantesque faces lætos anteire ministros:
Nympharum incedit Virgo comitata catervâ,
Sed trepidè, veloque genas abscondita tristes.
Sic Marti non nota priùs Venus ipsa timebat,
Ingentemque Thetis metuit desponsa Maritum.
Nunc opus, Aonides, gelidæ túque incola Thymbræ,
Divinis certare modis, jam poste reclinis
Carmina dicat Hymen, citharæ pulsentur ovantes,
Et doctâ tonet arte Chelys, Carolina puella
Læta torum scandat, multo & perfusa pudore
Exspectet sponsum. Tenebris sint cætera nota.

*Tho. Lynford* A. M. Coll. Christi. *Soc.*

---

QUàm vel Principibus sua sunt agitata Deisque
Pectora! quàm vario (quis putet?) Igne calent!
Vrget Honor, simùl urget Amor: pugnatur: & arma
Vitat Amoris Honor, vitat Honoris Amor.
Hæc Violenta furit modò Flamma, modò altera Mollis
Delectat, Pugna, Hæc, Illa susurrat, Ama,
Hæc Campos, Thalamos velit altera, siqua sequatur
Signa, sub auspiciis miles Amoris erit.

Dumque

# *Epithalamium.*

Dumque Manus Bellum, poſcunt ſibi Lumina Pacem,
Vel Pax vulneribus non caret ipſa ſuis.
Datque oculus recipitque ſimul data vulnera lætus,
Dum ſua tela jacit femina, Virque ſua.
Sæpè olim Batavi pugnârunt, ſæpè Britanni,
Jam quoque ne deſint Prælia, Pace gerunt.
Has ô æternùm videat ſi Gallia pugnas,
Has ô ſi videat Gallia, & invideat!

*Hen. Criſpe* Coll. Regal.
*Alumn.*

---

VAne, fatigatam quisquis per ſecula partu
Naturam aſſiduo credis; ceſſâſſe ſuperbum
Heroûm genus, & ſobolem ſubiiſſe puſillam!
Illa eadem perſtat; ſed vos, ô turba, Poëtæ,
Degener, ad teneræ ſuſpenſi labra puellæ,
Blanditiis humiles, luxu, vinoque ſoluti,
Nec Divæ adſertis mentem, Heroïsve capacem.
Naſſavius mihi teſtis erit, gensque inclyta famâ
Naſſavii; poſſis quam toti opponere ſeclo
Heroûm, & meritum naturæ abſolvere Numen.
Nec tantùm Hiſpanum triplici cum corpore monſtrum
Alcides domuit; nec tantùm vulnera muros
Accepit circum patrios fortiſſimus Hector;
Æneásve lares flagranti ex æde recepit:
Huic confiſa novo pulſa eſt Hiſpania mundo;
Hæc decies denos ſua Pergama ſervat in annos;
Eripuítque etiam Papali ex igne Penates.
Pelea Theſſalico quis dicere mallet in antro,
Proſpectantem udam porrecto littore Divam,

Quàm

Quàm Magni AURIACI, & tædas celebrare MARIÆ?
Hoc etiam æqualis, vel major Stemmate surget
Natus; *& Ista Thetis dotabitur omnibus undis.*
O multùm memoranda Domus! quam Rector Olympi
Hinc atque hinc magni mediam ad confinia regni
(Hispani & Galli) posuit; cohibere furentes
Certus, & immodicos hominum contundere fastus;
Qualis saxosis surgens cervicibus *Isthmo*
Ægæum secernis ab Ionio immenso,
Infestósque vetas pugnâ concurrere fluctus.
Tuque parens *Batavûm*, *mundi commune sepulcrum*,
*Cattorum* sedes, & non felicibus arva
Auspiciis subducta mari, quæ fœdere certo,
Alternum pelagus, Mavors alternus inundat;
*Statorem* hunc vestrum dubiis agnoscite rebus,
Hunc stabilisse suo *fluitantem* Numine *Delon*,
Quócunque audaces currunt sub sidere classes.
Fœta diu ingenti Mavortia Gallia bello
Hîc rabiem effudit; conterritus ipse fragore
*Rhenus* ad Oceanum trepidas non *pertulit* undas,
Sed timidum *Leidæ* fluvium occultavit arenâ.
Servitium victor parat: hi (proh! sancte potentis
Libertatis Amor!) tecta igni absumere mallent,
Mallent æquoreo *jura* reddere Tridenti:
Jam devota dabat Respublica vela profundo,
Diique fugæ comites, parvique, atque *Amstelis* exul;
*Nassaviam* stirpem cùm respicit: Ille fugacem
Vertit retrò animum, & præceps rapit agmina; *Gallo*
Torrenti certus, mediisque obsistere fatis.
Jam Patriæ vellum stat inexsuperabile; frustrà
Adsultat, lassátque iras minor aggere fluctus.
Qualiter in *stellam Divus* cùm *Julius arsit*,

# *Epithalamium.*

Attoniti Patres, tantæ quis pondera molis
Fulciat oppositis humeris? roseo ore refulgens
*Augustus* subiit; Populus tranquilla sub illo
Imperia exsequitur, nec *sentit abesse Parentem.*
Et *Tibi* nunc sacro Britonum de sanguine *Princeps,*
*Formosæ Gentis Princeps formosior Ipsa,*
In gremium fundet pueros, & Prole beabit,
*Nassavium* in plures quæ nomen proroget annos,
Ad *Te* quàm Magno numerantur ab usque *Rodolpho.*
Huic Sacramentum dicet Fortuna, Deósque
In partes trahet *Ipsa*; *Deus Fortunat Amantes.*
*Hæc* Tibi cum lauro reduci thoraca resolvet,
Sudorem absterget; cùm sæva pericula dicis,
Pendebit suspensa animum; & dum singula narras
Oscula mella labris stillantibus interponet.
Offeret *Illa* suo tenerum *Astyanacta* marito
*Felix Andromache*; neque enim viduaverit *Illam*
*Gallicus Æacides*; nec præcipitaverit *Illum*
*Laërtæ soboles*; nec *Pyrrhi* corruet armis
*Nassavii* Generis verè *Neptunia Troja.*
Jamque sinus totos, turrita Batavia, pandas,
Cœlicolûm pignus gremio exceptura Faventûm;
*Pax Mundi pro Dote venit:* nec mente protervâ
In benè promeritos pugna; ut Respublica fecit
Cecropidûm, fecit gens ut prædura Laconum;
Maxima nec turpem vitavit Roma lituram.
*Nassaviis* quantum debes testabitur omnis
Annalis, quantum *Angligenis* testabitur omnis:
Neve Illis tristi sit mens contendere bello,
Qui potuit Servare, rogas num perdere possit?
*Nè Britonum litus videas Hostile, cavendum est.*

*Knightlæus Chetwode* Coll. Regal. Soc.

## *Epithalamium.*

QUaliter æquoreâ elapſus ſol aureus undâ,
Purpureum tulit axe diem, tenebrásque fugavit;
Multo ipſum reducem volucris nemoroſa ſalutat
Carmine, & optatam vario modulamine lucem:
Sic te, Magne hoſpes, ſic te, pars plurima noſtrî,
Excipimus, levior ſolitò tibi Muſa triumphos,
Et populi plauſus imitatur Apollinis ardor,
Nec Lyricam exſuperat campana loquacior artem,
Æmula Granta tuis famulatur ſedula tedis.
Scilicet is Superis labor eſt, hoc provida curat
Fatorum ſeries, olim ut diſcordia ceſſet
Inſana, & gentis quas ſeparat invida Tethys
Europâ avulſas, Princeps vocalior undis,
Atque omni major Permeſſide, fœdere ſacro
Conſociet terris, regnisque jugalia nectat
Vincula. Quid vires memoras, quid, Galle, catervas,
Molémve imperii? Nec enim trepidantia ſentis
Tympana, ni noſtræ plebis geminantia plauſus.
Dum latè ſtrages miſces, dum Rhenus inundat
Sanguine, deleta eſt utraque & Germania flammis,
En ſat firmatam Belgis (te teſte) ſalutem.
Nos matura beat Princeps, ſocialis & illos
Fidus Hymen thalami; fruſtrà circumfluus Anglos
Dirimit Oceanus, duplex gens migret in unam;
Nè Domino invideat Neptunus, in æquore fruſtrà
Vincimus armato, dumque eſt exterritus orbis.
I, jam ſume tuum, Princeps lectiſſima, votum,
Cognatis miſcenda toris; en! quale minatur
Diva puerperium, duplicato ſanguine Divûm!
Nec vereare ſoror parilis, pulchra Anna, maritum
Haud ſerum meditatur Hymen, vix volvitur annus,
(Si vates aliquid ſapiunt) quùm Gallia noſtras

## *Epithalamium.*

Ambitioſa petet, venietque Hiſpania, terras.
Jam video Babylona rapi, gens quælibet aras
Agnoſcet noſtras, è funere pura reſurget
Relligio; fruſtrà petimus jam fœdera Romæ,
Aut aquilæ augurium; nullo ſub fidere lævo,
Verùm hodiè invictis CAROLI canesçimus aſtris.

*Oba. Collinſon*, A.M. Coll.
Regin. Soc.

---

## *Ad Principem* Auriacum.

AUriacæ ſtirpis flos Illuſtriſſime Princeps,
O quàm tu nobis Advena gratus ades!
Nec gratus tantùm, ſed felix Advena, ſeu nos,
Seu quis reſpiciat te, Batavósque tuos.
Felix, quem generum ſibi vult Dux ipſe Brigantum,
Et dignata ſuo eſt regia Nympha toro.
Sæpe etiam bello felix, & *Marte* fuiſti,
At *Venere* hac felix tu, puto, ſemper eris.

*Joh. Breton*, A. B.
Coll. Mag. Soc.

---

COnjugium petiit Jacobi filia, Francos
Lætitiæ clamor terruit ipſe novæ.
Materies & adhuc creſcit fœcunda, Maria
Æmula Filiolum Conjugis ergo parit.
Sic Regina deûm peperit Juno æmula Martem,
Exſiliit Pallas cùm Jovis è cerebro.
Sic peperit Jacobi Uxor, contendit uterque
Angliaci populi quiſnam in amore prior?

Neutri

## *Epithalamium.*

Neutri crede magis, palmam dat utrique mereri,
Pulchra Maria Tibi, Dux Iacobe Tibi.

*R. Royston* Coll. Trin.

---

*In præcluſum Principibus per mare iter propter ſpirantes in contrarium ventos.*

MUrmure congreſſi rauco, contraria votis
Quid pangunt venti fœdera, *Belga*, tuis?
Vela, exoptatam modò non neget *Æolus* auram,
Diſtendent buccas officioſa ſuas.
Hæc ſibi quid mora vult? tanta invidiſſe Batavis
Gaudia clauſa antro num probat aura Deum?
Hoc Tu, Sponſe, vetas; faveant cùm Numina, neſcit
Virtutem invidiæ tangere pæna tuam.
Anxia ſed paribus certat gens utraque votis,
Et, quòd cui neſcit pareat aura, ſilet.
Nobis pugna placet, mavult ſed Belgia pacem,
Sedula nempe armis vix vacat illa novis.
*Laudo animos*, nam ſi hæc durarent prælia, pluris
Conſtarent quàm quæ Gallia bella dedit.

*P. Atkinſon* Coll. Trin.

---

ITe, Muſarum chore, per vireta,
Ite per colles ubi prurit alma
Chloris, & centum Venerum catervæ
Balſama ſpirant.

Seu vocat Pindus roſeo ſupinas
Porrigens lauros capite, aut Citheron
Nobilis thyrſis, riguis ve Tempe a-
mœnior Æmus,
Ite quò ſuadet vagus error, ite
Neſciæ falli: lyra duxit ornos
Orphei pellex, ſatis eſto vobis
Ducere calthas;
Ducite, & calthas, violas, roſaſque,
Atque dilectam Cnidiæ per omnes
Arbores myrtum, & tremulo jocantem
Lumine nardum;
Poſcimus flores; Hymenæus, ecce,
Et novis pollens facibus Dione,
Et jocus luſúſque procaciores
Secla beârunt.
Heus! tuo, Aurangi, Charites, Deæque
Plectiles ornant capiti corollas,
Heus tuam Nymphæ galeam perenni
Fronde coronant.
Quis tuæ conum galeæ coruſcum
Neſcit & vivum gladii nitorem?
Ecquis Eöo Heſperiove neſcit
Nomen in orbe?
Quid quòd alatâ volitans quadrigâ
Te vehit vaſtum per inane Fama,
Spargit auratos & ubique magni
Nominis imbres.
Fama non rarò meritis honorem
Invidens, veſtrum caput indit aſtris,
Prædicat latè Genio ſtupendum,
Prædicat armis.

O pro-

## *Epithalamium.*

O procelloſos quoties tuliſti
Fulminum ventos? quoties capaces
Sulphuris nubes? equitánſque rubro
Turbine lethum?
Rhenus id vidit, metuenſque tanti
Pectoris flammas querulis adivit
Fluctibus Nereum, caput advolutâ
Squalidus algâ?
Quis modus, Nereu, dabitur cruori?
Quando erit nobis ſuperare fœdos
Fluctibus fluctus, viridique Tethyn
Viſere pompâ?
Jam ſatis nymphas vitians Enyo,
Jam ſatis Mavors fremuit, Furórque,
Et ſui doctus rabiem Leonis
Auriacus Dux.
Supprimas æſtum, bone Rhene, pridem
Scaldis id flebat, mihi Moſa flebat,
Et meo Doris propior cubili,
Ipſéque flebam;
Quin dabit finem melior dierum
Vultus, & pellet lacrymas ſereno
Si modò & verum Tameſis ſuſurrat
Murmur in aure;
Hinc ſales compti, hinc alacres Camœnæ,
Hinc ſuis villæ recinunt ahenis,
Et meo littus patiens flagellant
Marmora plauſu.
Ludor? an pompas celebro jugales.
Inque regales ſaliunt triumphos
Principis Nymphæ, thalamique tanti
Omine gaudent?

Sic

## *Epithalamium.*

Sic redux magnus Deus ipſe belli
Horridus clade & ſpoliis, rigorem
Solvit, & molli Paphiâ protervos
Leniit ignes;
Leniit dux Naſſavius, nec ullis
Uritur flammis niſi quas flagranti
Baſii myrrhâ, & tepido Maria an-
--helat amomo.

*J. Smalwood* Trin. Coll.

---

EXhilarat Belgas hæc exoptata Britannos,
Hæc arcti nexu Fœderis Alba dies;
Nec certè fas eſt ſpes concepiſſe minores,
Cùm junctum aſpiciunt ſidus utrique ſuum.

*Johannes Huſſey* Trin. Coll. *Commenſalis.*

---

PRæteriit Luſtrum nunc ſextum circiter, ex quo
NASSAVIO nupſit Sponſa MARIA *Viro:*
Illi nomen, opes, Illi omnia gaudia vitæ,
Sed *paucos* vitæ Fata dedere *dies:*
Sed tamen *Ille* dedit, totus quem mundus adorat,
*Naſſavium Juvenem*; ſed tamen *Ille* dedit:
Hic *Patrem* referens, *Patriis* virtutibus auctus,
*Connubio* Patrem jamque referre cupit:
Sed nec inexpertis ambire HANC ſuſtinet armis;
Nec petiiſſe priùs, quàm meruiſſe manu.
Ergo *Helenam Theſeus* ambit *novus Ipſe* labore;
Bellica cum myrto laurea miſta venit.

*Anno*

# *Epithalamium.*

*Anno* jamque iterum tanquam redeunte *Platonis*,
NASSAVIO nupſit ſponſa MARIA *Viro:*
Tuque *Alium*, *Princeps*, *ſimilem* dabis *Ipſe*; MARIAM
Atque *Aliam ſimilem* ſtirps *Carolina* dabit.
*Connubia hæc* poſthàc renoventur ſæpiùs; ire
*Auſpicio* ſec'lum *non meliore* poteſt.

*Guilielmus Fairebrother*, in Jure Civili Doctor;
& Collegii Regalis *Soc.*

---

JAm nec trita mihi Pelei connubia Vates
Extollant Thalamos, nec, *Menelaë*, Tuos.
Nomine, Fama, novo buccas diſtende tumentes,
Et pudeat toties hæc repetîſſe Deam:
Tu Dea, *Arauſiaden* tecum ſuper æthera tolle;
Quis poterit veſtrâ dignior eſſe Tubâ?
Illum omnes tecum cupient ceciniſſe Camœnæ,
Gratum illud Muſis, & Tibi nomen erit.
Sed neque concuſſos tam ſacro robore *Gallos*,
Nec *Batavûm* pugnas, nec *Ducis* arma, cane.
Tumeliora canes meliori carmine Bella,
Et quam Militiam militat omnis Amans;
*Principis* ut ſacras Generoſo in pectore Flammas
Accendit radiis Pulchra *Maria* ſuis;
Quas non ipſa nimis diſtantia longa repreſſit,
Oceanus mediâ neve *Britannus* aquâ.
Sic & ſecreto ſubter mare labitur alveo
*Alpheus Siculæ* ductus amore *Deæ*;
Uſque tamen notos fovet imo in fonte calores,
Regnet & in media *Nobilis* Ignis Aqua.

# *Epithalamium.*

Is tandem nullo vitiatos æquore fluctus
In gremium exonerat, casta *Arethusa*, tuum:
Tuque alii, *Princeps*, semper peregrinus Amori,
Dissolvis castas Virginis igne nives.
Utque arctis adeò vinclis junguntur Amantes,
Cùm mista *Elëo* est *Nympha Sicana* Deo;
Ut Fontem inspiciens frustrà quis dixerit undas
Has, *Alphëe*, tuas; Has, *Arethusa*, tuas:
Fœdere sic parili coalescunt corpus in Unum,
Et Batavûm *Mavors*, atque *Britanna* Venus.
Audio? vel vatem deludit amabilis error?
Audio lætitiam, Terra *Batava*, tuam;
Lætitiam, quæ, si major non esset in *Anglis*,
Exemplo semper sit caritura suo.
Pergite nobiscum hoc bello certare *Batavi*,
Pergite lætitiâ vincere; pugna placet.
Sic nunquam posthàc cognato sanguine tincta
Pro nobis rubeat fusa pudore *Thetis*;
Sic tantùm exiguo disjunctas æquore Gentes
Pergat *Relligio* jungere, pergat *Amor*.

## *In partum Ducissæ Eboracensis Hyemalem.*

AT quid, Blande Puer, spes *Angla* maxima Gentis,
Nascere cùm duro Frigore sævit Hyems?
Jam Tibi nec violas, nec Candida Lilia vates,
Jam nec ódora queunt Munera ferre Rosas:
At Vos nec Violas, nec Candida Lilia vates,
Nec curate breves undique ferre Rosas;
Ipse omnes in se Flores complectitur Unus,
Et *Carolus* Viola, & Lilium, & ipse Rosa est.

Si

## *Epithalamium.*

Si qua Tibi verò Florum, *Puer Alme*, cupido,
Non illos credo dura negabit Hyems;
Nam quocúnque, *Infans*, Tu Naſceris, *Aurĕe*, Menſe
Diſcet is à Vultu *Maïus* eſſe Tuo.

*Geo. Seignior*; S. T. B. Trin. Coll. *Soc.*

---

TU qui receſſus Flumineos colis
Rheni ſitos in ſectilibus Nomis,
*Albis* cui à *Petris* Britannus
Ad gelidam favet uſque Thulen.
Frontis tenebras diſcute nuperas,
Amictus albâ Lætitiæ ſtolâ.
Quæcunque curarum remordent
Finibus oppoſitis repone.
Nunc Bellicorum funera motuum
Eunt ſepulcro; Nympha Britannica
Demulſit iratos, ſuoque
Reſtituit populos amori.
Poſthac paterni ruris adoream
Carpet colonus, Gangis Aromata
Amſtela ſpirabit, pecuſque
Oceani patriam reviſet.
Recens furentis Martis acerbitas
Velut ſolutum fœdus amantium,
Facta eſt tenacis Proxeneta
Pacis, amicitiæque ſartæ.
Cùm ſola præſit Curia multiceps,
Illîc ocellis Utilitas potens

## *Epithalamium.*

Cum fraude constanti sorore
Conciliat malè dissidentes.
Quà Rex Propinquos conjugio locat,
Et nationem sumit amasiam,
Et conjugali cum sigillo
In genus inque sinum maritat.

*Ben. Pulleyn* G. L. P. Coll. Trin. *Soc.*

---

GRatus ades junctus Leo Belga Leonibus Anglis,
Quando adeò nostris te sociavit Hymen.
Non cicures solas jungit Venus alma Columbas;
Corda Leonum etiam vincit & unit Amor.
Vincit & unit Amor nunc Anglos atque Batavos,
Postquàm est *Auriaco* nupta *Maria* Viro.
Connubio huic Anglos tas plaudere, plaudere Belgas;
(His Sponsis & quis non Paranymphus erit?)
Scilicet hi Thalami nobis *Carolosque Jacobosque*,
*Auriacosque* illis *Nassaviosque* dabunt.
Et *Maria* & terras pacabit utrisque *Maria*,
Nec vanum tanti Nominis omen habens.
Neuter & extremas currens Mercator ad oras
Infestas metuet Belga nec Anglus aquas.
Denique Victor ovans, Venere hâc, & Marte secundo,
*Conquestorque* alter nunc *Gulielmus* erit.

Ἐπιθαλάμιον.

OLim *Heptarchia*, Gens *Septem subjecta trioni*,
Quàm benè *Septenis Regionibus* Anglia nubit,

Unitis

# *Epithalamium.*

Unitis unita! Univit Regna JACOBUS,
(Junxerat antè Rosas HENRICUS *septimus*) Anglis
Uniit hos *septem* Populos JACOBUS & alter.
Cumque Sacer numerus sit *septenarius*, usque
Duret in *Hebdomadas* hæc Unio Sacra perennes.

ECce puer Veneris *Mariæ* cor arundine fixit,
Amaret Illa ut Belgicam;
*Auriaci* simul accendens & pectora flammis,
Arderet Ille ut Angliam.
Anglia sic *Unita* etiam *Provincia* fiet,
Sic *Fœderata Belgica*.
Gallus at *unitam* his Thalamis & fœdere lecti
*Vim fortiorem* sentiet.

## *Ad Jacobum Ducem Eboracensem.*

O Fortunatum te, Dux Invicte Brigantum,
Qui simul & socer es scilicet atque Pater!
O te dilectum Superis, cui tempore eodem
Juno & Lucina, & Pronuba Juno, favet!
Illustris Gener, Illustris tibi Filius hæres,
Intra quàm paucos obtigit ergo dies.
Cùm juncta est Sponso jam Virgo Britanna Batavo,
Belgium & ire parat, nascere Magne Puer.
Natali hos Thalamos sic pensat Regius Infans;
Discedit *Maria*, & *Carolus* ecce venit.
Anglorum ad Batavos sequerentur corda *Mariam*,
Ni *Caroli* cunis clausa, retenta forent.

ΓΡαντιάδες Μῦσαι, ἅιπερ Χάμοιο παρ' ὄχθας
Ἕζεσθε, γλυκερῆς ἄγετ' οὖν ἐξάρχετ' ἀοιδῆς,

# *Epithalamium.*

Ὑμέτερον δ' Ἄρχοντα, νέον Βασιλήϊον ἔρνος,
Τῆς Κανταβριγίης Ἄρχοντα, κλείετε Μοῦσαι.
Χαῖρε τέκος τρίλλιστον, ἔρως ἐλπίς τε Βρεταννῶν,
Κάῤῥολε Παῖ ἀγαπητὲ τεῶν μέγα χάρμα τοκήων,
Χαῖρε μάλ', ὦ φίλε τέκνον, ἀγακλειτῶν Βασιλήων
Ὅς τε καὶ ἔκγονός ἐσσι, πατήρ τε καὶ αὐτὸς Ἀνάκτων
Ἐσσόμενος μετέπειτα, Θεοῦ μεγάλοιο ἕκητι,
Μοῦσαι ὡς οἰόμεσθ', ἡμεῖς μέλλοντα γὰρ ἴδμεν:

## *Ad Carolum Ducem Cantabrigiensem nuperrimè natum.*

CArole, *nascentem* Te *exploret gurgite Rhenus*
Haud opus est, ut sic Te probet esse suum.
Principe nempe Tuam Batavo ducente Sororem,
Jam te Belga suum dicere jure potest.
Des aliquid Rheno, Vahali, Mosæque; sed audi,
Plus in Te Tamesis, Camus, & Isis, habent.
Belgica Te jactat; tamen Anglia, Grantáque nostra
Inprimis *Mater* vendicat *Alma* suum.
Vendicat illa suum Titulo & Natalibus; olim
Tu *Cantabrigiæ* sis memor ergo Tuæ.

## *Ad Regem.*

OPtime Regnantûm in terris & Maxime Cæsar,
Volvitur ad Vestros nostra Thalia pedes.
Solus enim Musæ Tu das in carmina vires;
Seu Tedas, Cunas seu canat, omne Tuum est.
Si verò nimius, serâque coronide longus,
Sit Liber, exundent jamque Heliconis aquæ;
Ignoscas, petimus; Nuptâ hâc, hoc Principe Nato,
Vix capiunt ripas gaudia nostra suas.

*Ja. Duport* S. T. D. Coll. Magd. Præfect. D. P.

## *Epithalamium.*

# Upon the Marriage of the Lady MARY with the PRINCE of ORANGE.

*LET fond Geographers now ſeek no more*
*Their Happy Iſles near the ſcorch'd Eybian ſhore,*
*Nor in th' Atlantic fix thoſe bliſfull plains,*
*Where too much Sun and Spaniſh av'rice reigns:*
*Theſe are the climats favored by fate,*
*The happy ſoil, the Iſlands Fortunate.*
*Their Sea from Europes* tumules *them divides,*
*And joyns them to't in every thing beſides.*
Peace *with her train hath here her Palace choſe,*
Riches, *and* Pleaſure, Learning, *and* Repoſe.
*Here* Charles, *like* Jove *on his* Olympus, *ſtands,*
*Ballancing Empires in his mighty hands,*
*And over Kings by* Peaceſull Arts *do's find*
*The beſt command,---the Empire of the Mind.*
*Here Gallant ORANGE tir'd with Warlike ſweat,*
*Lays down his Helmet, and ſeeks ſoft retreat:*
*Rides o're the peaceſull plains, views rural toil,*
*Sees no ſlain Plowman here* Manure *the ſoil:*
*For noiſie Camps he hears ſoft muſicks charms;*
*His doubtfull ſleeps not broke by ſhort Alarms.*
*The Hero thus ſecure Love do's ſurprize,*
*Lying in ambuſh in the Princeſſe eyes:*

Love

# Epithalamium.

Love *the frail part in Souls the moſt Divine!*
*Whom cautious Nature when ſhe do's deſigne*
Impregnable *in every part beſide,*
*Like* Engineers, *leaves this* unfortifi'd.
*On His* Free *Soul it do's ſo faſt advance,*
*That its more dreadfull then the power of* France.
*Yet to his new Enemy He ſcorns to yield,*
*Like* Diomed *would meet him in the field.*
*But fight not,* Prince, *againſt the powers divine,*
*Nor at the golden, happy ſhafts repine;*
*For* Ten *days Siege a* Maiden Helen's *thine.*
*For* Charles *the* Good, *and the* Illuſtrious James,
*Obſerve Their Souls burning with mutual flames;*
*Souls which a real ſympathy do prove;*
Souls Uniſon! Anſwering *each others Love.*
*Then to Him Thus they ſpeak;*
*Brave* Prince! *Whoſe* Vertues *leave Thy* years *behind,*
*And merits,* Fortune; *greater yet deſign'd*
*By heav'n; whoſe Youth ſuch high exploits did grace*
*As prov'd Thee of triumphant* Naſſaws *Race;*
*Nor ſham'ſt* Our Royal Bloud *that's in thy Veins:*
*Reap here the harveſt of Your glorious pains;*
*As Your reward,* We *to* You *do reſign*
*Our* Eldeſt *comfort, to be henceforth* Thine.
*And Know, that Great* Elizabeth, *when She*
*From* Spaniſh *yoak did ſet Your Countrey free,*
*Gave* You *not half ſo much.*
*Now Painfull* Hollanders, *You who extend*
*Your Voyages unto the Oceans end,*
*Whoſe inexhauſted Treaſuries do hold*
*The* Eaſtern *Spices, and the* Weſtern *Gold,*

*Speak,*

# Epithalamium.

*Speak, if You ever such a* Cargo *brought,*
*Ever receiv'd a Fleet so Richly fraught,*
*As this, which brings Your* Princess *to Your shore?*
*Confess Your* Bank, *compar'd with this, is poor;*
*Even We (so rich) should so much beauty fear*
*T'* export--- *But that* She *leaves Her* Sister *here.*
*Make a continual day with joyous Flames;*
*Joyn with Your Fleets Your* Texel *to Our* Thames,
*With more pomp to receive this gift of Fate;*
*The fair* Palladium *of Your tottering State.*
*And You, Great* Princess, *fear not the rough Main,*
*He knows his duty to his Soveraign;*
*His* Nereïds *will all be of Your Train,*
*So* Venus *when she do's to* Paphos *ride,*
*In her smothe shell she cuts the gentle Tide;*
*Her Nymphs make a long row of* goodly pride.
*And* Flanders, *more belov'd by* Mars *then* Thrace,
*Shall at Your sight resume her ancient face.*
*The* restor'd *Shepheards shall pipe forth* Your *praise,*
*Call* You *their* Pales *in their* rurall *layes.*
*Ev'n* Fearless *Plowmen shall* You *loudly sing,*
*And as to* Ceres *their fruits offerings bring.*
*The* Peacefull Seas *shall break their digues no more,*
*With humble reverence but* Salute *the shore.*
*When* You, *(as Halcyons) breed, all storms shall cease,*
Europe *enjoy an Universal Peace.*

Knightley Chetwode *Fellow of Kings College.*

# *Epithalamium.*

## *To the* Prince *and* Princeſs *taking ſhip for* Holland.

*EMbarqu'd* Bleſt Pair? *Oh could my Muſe aſſwage*
*Tempeſtuous winds, and check the Oceans rage!*
*(As thine,* Great Amphion, *Poets ſay,*
*Made ſavage beaſts obedience pay,*
*Flouds leave their channels, Hills their baſe,*
*And ſtones forſake their wonted place.)*
*I'de make the foaming Oceans furrowed ſide*
*Smooth as my Verſe, winds gently like my wiſhes glide.*

*Or if* Arion's *wondrous Art*
*To me* Apollo *would impart,*
*Chanting my aires upon the neighb'ring ſhore,*
*'Mongſt numerous Dolphins, Neptunes four*
*I'de charm, and bid th' immortal Fiſhes fit*
*Their chariot, and return with it.*
*And thus in State We'd cut the briny ſphear,*
*The Deities You, and I Your Charioteer.*

*Myſterious Pow'r of Numbers! Once with eaſe*
*Wonders Yee wrought; (Greece is not alway lying Greece,*
*Or if it were) by Your great aid*
*The ſtrong foundation of the world was laid;*
*Beſſides Saul's angry brow*
*Compos'd; compoſe Ye Neptunes now*
*His inſolence curb, the waves allay*
*Theſe ſooner than the Kiſhites rage will you obey.*

*Vain*

*Vain Wiſhes. Miracles have long ago*
*Left both the Poet and the Prophet too.*
*When Scepters ſtrove for flow'ring bay*
*Muſes, as ſubjects, did obedience pay:*
*They ſcorn our calls: hence ineffectual rhime,*
*Hence nothing but a vocal chime.*
*Yet ſtill the ſhadow we imbrace,*
*And court the Image in the glaſs,*
*The Soul of Poetry fled, the Carcaſs we careſs.*

*Then may the Glorious Lamp of Heav'n diſplay*
*Its benign heat, and radiant ray;*
*The ſails Favonius gently fill;*
*The Air be it ſedate, the ſea tranquil;*
*The threatning rocks, and treach'rous ſhoals to ſee*
*May to the Pilot happy be.*
*This, Heav'n I pray; and thus my will*
*Excuſes, and, I hope, ſupplies my want of skill.*

*Fool-hardy Mortal, that on ſlippery planks*
*Firſt ventur'd from the ſtedfaſt banks;*
*That firſt beheld waves into mountains ſwell,*
*And open valleys deep as Hell;*
*That firſt, thy ſelf in ſhatter'd bark*
*Toſs't like a ball, or feather'd cork,*
*Did'ſt roaring ſtorms, and rending Tempeſts hear*
*Like Clouds (God's Cannons) when they thunder-charged are.*

*Was Pride, Vain Man! or Luxury the Cauſe*
*That made thee cancel Natures lawes.*
*In vain, Amphibious Animal, waters ſtand*
*Apart, thou dwelleſt there as on the land.*

# *Epithalamium.*

*Neither do We the dregs of Time*
*Suſpend Our projects with thy crime;*
*Frozen, and ſcalding ſeas we paſs,*
*And with new boldneſs raiſe this Pole, and that depreſs.*

*Methinks I ſee the Elements contend*
*Which Nature's cauſe ſhall beſt defend;*
*Winds rock, waves toſs, and each ſuſtain*
*Thy Veſſel, onely to prolong thy pain;*
*Clouds big with Tempeſts ſhroud the light;*
*The ſun ſhrinks in his head; and diſmal Night*
*Ruſh in; the Poles with thunder reel;*
*Fire, Storms, and Waves at laſt Conſume thy faithleſs Keel.*

*Pardon, Bleſt Pair, that thus my Fury vents*
*Whilſt Fear your danger repreſents.*
*Fury's the product of our Love and Care,*
*And thoſe create a needleſs fear.*
*Then go ſecure, this can no Omen prove;*
*'Tis but a Tempeſt of my Love.*
*The King his Vice-roy Neptune will command*
*To waft you ſafely to the Belgian land.*

Cha. Cooke *Trin. Col. Fellow-com.*

---

## *On the happy Marriage of Their Illuſtrious Highneſſes.*

*LEt other of the Wars of Heroes write,*
*Their God-like Souls, their dreadfull Deeds in fight:*
*The thundring noiſe of their Victorious Arms,*
*And Earthquakes, that have roſe at their alarms:*

# Epithalamium.

I ſound the Union of two Noble Hearts,
That joyns together Europe's nobleſt Parts,
England and Belgia: Both at Sea ſo known,
As if the watry Globe was their's alone:
Both of ſuch Fate in Wars, that ſingle, each
Might half the other World Obedience teach;
But now United what can them withſtand,
The Dutch at Sea or Engliſh on the Land?
England and Belgia's joynd; no depths, no ſeas
Can hinder Love or ſtop the Fates decrees.
Great Brittain now may be call'd Great indeed,
Since the vaſt Ocean proves her Eaſtern Tweed;
Since Scotland now and Holland are her hands,
Nor is ſhe compaſs'd more with Sea than Lands.
Now Mermaids fearleſs frisk about each ſhore,
And Dance on ſeas ne'r to be troubled more
With floating Ætnas: Neptune's now content,
Since CHARLES leaves thundring in his Element.
The wondring Waves from ſhore to ſhore now glide,
And in loud roarings teſtifie their Pride;
Their Watry Arms each Continent embrace,
Draw them together and perſwade the Peace.

Happy, Bleſt Pair, from Peacefull James ye came;
He joyn'd Two Realms and now ye do the ſame;
If this Conjunction don't more Gratefull prove,
Since That was made by Birth, but This by Love.

Proſper, You Powers, from whence their Blood they Draw,
Great York's Fair off ſpring and the Great NASSAW:
Let all your Gracious flames together move
To bleſs (if not to equalize) their Love
With one Grand Influence: and your waſting Fires
Shall be ſuppli'd by their ne'r-ſpent Deſires;

*Thus mutual Flames ſhall correſpondence keep*
*'Twixt Earth and Heaven: The Golden Orbes ſhall ſleep*
*No more; But with perpetual ſupplies*
*Heaven ſhall Bleſs Them; They ſhall recruit the skies.*
*Nor can th' Acquaintance e'r incurre Diſgrace,*
*When Heaven's familiar with a God-like Race*
*Of Mighty* CHARLES *his ſtem: The Fathers there;*
*The Son's vaſt Hand ſuſtains our* Engliſh *Sphere:*
*Hence flow theſe calmer Days, this Balmy Peace,*
*This Joy, this Love, this plentifull Encreaſe;*
*Hence Wars are huſh'd or ſoon in Victʼry ceaſe.*
*Hence* France, *nay* Rome, *nay all the World admire*
*The Golden Age can to our Clime retire:*
*And True Religion, whom they miſs or ſpurn,*
*Finds purer Zeal in our cold Regions burn.*
*Great* Orange, *ſince ſo near to* CHARLES, *how can*
*I call Thee, when I ſcarce can think Thee, Man?*
*What e'r Thou art, if Joyntly Heaven and Earth*
*Can give Thee ought that may be like thy Birth,*
*Here at the leſt, Thou'ſt gain'd it. Mighty Soul,*
*Now may thy Power too reach either Pole,*
*Since thus enlarg'd; Or, if Thou'dſt rather raign*
*In* Mary's *Breaſt, new Kingdoms there obtain,*
*Kingdoms more Rich and vaſt than Natures Ball;*
*And from whoſe Throne Thou ne'r art like to fall.*
Belgia *can't hold thy Greatneſs now. From hence,*
*Lo! Thou an Engliſh Hero doſt commence:*
*And all the World ſhall to thy Fortune now*
*O're aw'd by Love or forc'd by Terrour bow.*

Joſhua Barnes *B. A.* Eman. Coll.

*On*

# *Epithalamium.*

## *On the Marriage of the* Lady Mary *to the* Prince *of* Orange, *and the Birth of the* Duke *of* Cambridge.

### I.

*Now bleſſings on ye all, ye peacefull ſtars,*
*Bleſſings as numerous as ye,*
*Who after the hard toil of tedious wars,*
*Have gave a Prince this Victory.*
*A Prize well worth a* Paris, *to be ſought*
*Through divers dangers of the ſeas,*
*And from more dangerous enemies;*
*And Worthy by all* Greece *home to be brought.*
*Nor is there, Mighty Prince, to Thee,*
*(If need ſhould be)*
*Leſs worth or Magnanimity,*
*Then to thoſe* Greeks, *or that bold* Phrygian *boy;*
*Nor were thy love dear bought if it ſhould coſt a* Troy.

### II.

*But juſter far the heavens ſmile*
*On Thee, and on our happy Iſle,*
*The onely danger that was left for Thee,*
*Was but to touch the wiſh'd for ſhore,*
*As did the Argonauts before,*
*When Love gave the* Pelaſgians *victory:*
*But ſtill the Prize they bore*
*Was but a dead clod of red earth;*
*Thou a rich Maid, a beauteous life has gain'd,*
*A beauty ſuch as ne'r by verſe was feign'd.*

*With*

*With virtues bound to every Part,*
*As well by nature as by art;*
*Virtues which would exceed the number of thy Crowns,*
*Should every Province under Thee give one,*
*But may ſhe to as many Kings hereafter give a birth.*

III.

*And now bleſt Maid the happy time do's haſte,*
*When for Perfection of bliſs,*
*Thou mayſt the joys of marriage ſweeter taſt*
*From One, who equall to Thee is.*
*Sure there ſubſtantial pleaſures needs muſt be,*
*Where minds agree.*
*For from the bleſt ſouls unity*
*Flow the Everlaſting joys of wiſh'd Eternity.*
*A pair ſo fit, ſure nature never meant*
*So long time to diſſever,*
*But that it was her juſt intent*
*With greater force to bind them faſt for ever.*
*Now live and love: You are ſo ſurely ty'd,*
*That death's ſword can alone this Gordian knot divide.*

IV.

*What could happy* England *more*
*Deſire, then what ſhe had before;*
*A Princeſs made a Bride to one,*
*Who made the Twain an Union.*
*But heaven is free, and now the leſſer nights*
*In a good humor gives us new delights.*

# *Epithalamium.*

*As Great a Princeſs now a Mother is become.*
*The Crown of Marriage thus this Pair may ſee*
*In the beginning of their Unity.*
*A Son of* England's *Royal blood!*
*Is a thing ſo great and good,*
*That all our wiſhes never can deſire*
*Any thing more, then that the* Son *may imitate his fire.*
*And as He mounts, Like* Phœbus *in the skyes,*
*In greater Luſtre to full glory riſe.*

Aldrovandus Everard, *Trin. Coll.*

---

I.

*SWell our unbounded joys, with ſuch a tide,*
*As theſe Princes ſacred blood,*
*With a ſwift and purple flood,*
*Does through it's azure channells glide.*
*Let us like thoſe officious billows rore,*
*Which eccho'd to the bellowings of* Jove,
*When He in Maſquerade made love,*
*And forc'd his Miſtreſs to the Cretan ſhore.*
*Let not the* Belgick *Cities fail,*
*With greater joys to meet,*
*(If greater there can be,)*
*The richeſt Fleet,*
*That ever up the Zuyder ſea,*
*Tho' both the* Indies *thither flow, did ſail.*

II.

*The Phrygian's prize was not so great,*
*Which to reprieve, a thousand Ships prepare*
*A long and bloudy War,*
*While Love, and Anger fight with equal heart.*
*Great* Orange *a sure pledge of Peace does bring,*
*Of Peace with* Brittain, *and with* Brittain's *King.*
*For as fierce* Alva *was*
*Beat with himself in brass.*
*While his own Statue did supplie,*
*His Enemies Artillerie.*
*So if anger chance to rage*
*In great* Charles *or* James's *Breast,*
*Their sacred Images impress*
*On this fair Princess, shall the storm asswage.*

III.

*Then let the* Scaldis *and the* Ley
*Still lowder try*
*This daies Triumphs to express,*
*On which indulgent Fate*
*Bestow'd such happiness*
*As envy in the Greatest may create*
*To them, a Prince, this day;*
*This, Him a Princess gave*
*Who them in War; who Him in Peace might sway,*
*Who* Holland *from its Foes, and from its self might save.*
*Then as* Jove *one day from Fates book*
*Blotted, and* Saturn's *Calender of time,*

*Bidding*

*Bidding the* Sun *the* Eastern *hill not clime,*
*While he for* Hercules, Herculean *labour's took.*
*So let this day usurp upon its night,*
*On which great* NASSAW *first saw light.*
*On which in hopes of a divine Progeny;*
*He first commences immortality.*

IV.

*Pilot beware,*
*(Yet doe not fear,*
*The* British Venus, *and the* Belgick Neptune *can,*
*Give Laws to their own Ocean;*
*And be sure no storm is near,*
*When these* Gemini *appear.)*
*Thy Ship does a more precious burden bear,*
*Then Argo, when it brought to Greece,*
*The Colchian Queen, and golden Fleece;*
*Or then that which bore,*
*The Mother of the Gods to th' Latin shore.*
*The world did never yet afford,*
*So great effects to sea,*
*Since all mankind did goe aboard,*
*And thence did safely see,*
*The waters o're the drowned ball prevail,*
*While all its relicks in one bottom Sail.*

V.

*Then let the mighty* Spaniard *rage,*
*Let* France *with force, or fraud engage;*
*Let* Alva, Parma, *and* Turene,
*Come from the shades again;*

## Epithalamium.

*Let* Neptune *threaten to destroy,*
*Such walls as he once made for* Troy;
*Let all his waves 'gainst that enclosure rise,*
*Which now with them in equilibrium lies;*
*Joyn all mankind against this spot of land,*
*Which like the earth i'th Map does stand:*
*'Gainst their united force it shall unbroken stand*
*In spight of All*
*Spight of the Fates*
*Englands* Elizabeth *and* Mary *shall*
*Buoy up against them All, The sinking States.*

R. Hill, *St.* Johns *Colledge.*

---

FINIS.

---